

Occide et manduca. Hinc est etiam quod Samson maxillam asini tenuit, et hostes peremit; quia redemptor noster simplicitatem atque patientiam predicantium suae manu virtutis tenens, a vitium suis carnes interfecit. Et maxilla in terram projecta postmodum aquas fudit, quia data morti predicatorum corpora magna populi monstravere miracula. » Apposito in *Martyrol.* die 24 februarii Baroanis : « S. Babilas, ait, mortuus velut redivivus contra Gentiles pugnas aggressus est majores. Nam more Samsonis, ossibus pugnans in fugam vertit Philistaeos. »

## CAPUT DECIMUM SEXTUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Samson Gazæ a Philistaeis circumcessus, ablatis urbis portis, egreditur; mox, vers. 4, amans Dalilam, ab ea urgentibus Philistinis varie tentatur, ut aperiat in quo sita sit sua fortitudo; ejus assidua importunitate victus, vers. 17, indicat eam sitam in capillis; hos ergo et dormientem abscondit Dalila, itaque eum Philistinis prodit et tradit. Hi eum vincunt, exoculant, incarcerationem, diesque festos et ludos agunt. Tandem, vers. 26, Samson recrescentibus capillis et viribus, concutiens duas columnas domus, ejus ruina principes et tria milia Philistinorum, secum obruit et sepelit, pluresque occidit moriens quam vivens.*

1. Abiit quoque in Gazam, et vidit ibi mulierem meretricem, ingressusque est ad eam. 2. Quod cum audissent Philistiim, et percrebrisset apud eos intrasse urbem Samson, circumdederunt eum, positus in porta civitatis custodibus, et ibi tota nocte cum silentio praestolantes, ut factu mane exeuntem occiderent. 3. Dormivit autem Samson usque ad medium noctis, ut facto mane exeuntem occiderent. 4. Dormivit autem Samson usque ad medium noctis, ut facto mane exeuntem occiderent. 5. Veneruntque ad eam principes Philistinorum, atque dixerunt : Decipe eum, et disce ab illo, in quo habeat tantam fortitudinem, et quomodo eum superare valeamus, et vincum affligere; quod si feceris, dabimus tibi singuli mille et centum argenteos. 6. Locuta est ergo Dalila ad Samson : Dic mihi, obscuro, in quo sit tua maxima fortitudo, et quid sit quo ligatus erumpere nequeas? 7. Cui respondit Samson : Si septem nervicis fimbriis, necdum siccis et adhuc humanibus, ligatus fuero, infirmus ero ut ceteri homines. 8. Attuleruntque ad eam satrapæ Philistinorum septem funes, ut dixerat, quibus vinxit eum, 9. latentibus apud se insidiis, et in cubiculo finem rei expectantibus, clamavitque ad eum : Philistiim super te Samson. Qui rupit vincula, quomodo si rumpat quis filium de stupræ tortum putamine, eum odorem ignis acceperit; et non est cognitum in quo esset fortitudo ejus. 10. Dixitque ad eum Dalila : Ecce illusisti mihi, et falsum locutus es; saltem nunc indica mihi quo ligari debeas. 11. Cui ille respondit : Si ligatus fuero novis fimbriis, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, et aliorum hominum similis. 12. Quibus rursus Dalila vinxit eum et clamavit : Philistiim super te Samson, in cubiculo insidiis preparatis. Qui ita rupit vincula quasi fila telarum. 13. Dixitque Dalila rursus ad eum : Usquequo decipis me, et falsum loqueris? ostende quo vinciri debeas. Cui respondit Samson : Si septem crines capitis mei cum licio plexeris, et clavum his circumligatum terræ fixeris, infirmus ero. 14. Quod cum fecisset Dalila, dixit ad eum : Philistiim super te Samson. Qui consurgens de somno extraxit clavum cum crinibus et licio. 15. Dixitque ad eum Dalila : Quomodo dicis quod amas me, cum animus tuus non sit me-

um? Per tres vices mentitus es mihi et noluit dicere in quo sit maxima fortitudo tua. 16. Cumque molesta esset ei, et per multos dies jugiter adhareret, spatium ad quietem non tribuens, defect anima ejus, et ad mortem usque lassata est. 17. Tunc aperiens veritatem rei, dixit ad eam : Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia nazareus, id est, consecratus Deo sum de utero matris meæ; si rasum fuerit caput meum, recedet a me fortitudo mea, et deficiam, eroque sicut ceteri homines. 18. Vidensque illa quod confessus ei esset omnem animum suum, misit ad principes Philistinorum ac mandavit : Ascendite adhuc semel, quia nunc mihi aperuit cor suum. Qui ascenderunt, assumpta pecunia quam promiserant. 19. At illa dormire eum fecit super genua sua, et in sinu suo reclinare caput. Vocavitque tonsorem, et rasi septem crines ejus, et cepit abigere eum, et a se repellere; statim enixus ab eo fortitudo discessit, 20. dixitque : Philistiim super te Samson. Qui de somno consurgens, dixit in animo suo : Egrediar sicut ante feci, et me excutiam, nesciens quod recessisset ab eo Dominus. 21. Quem cum apprehendissent Philistiim, statim eruerunt oculos ejus, et duxerunt Gazam vincum catenis, et clausum in carcere molere fecerunt. 22. Jamque capilli ejus renasci coeperant, 23. et principes Philistinorum convenerunt in unum, ut immolarent hostias magnificas Dagon deo suo et epularentur, dicentes : Tradidit deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras. 24. Quod etiam populus videns, laudabat deum suum, eademque dicebat : Tradidit deus noster adversarium nostrum in manus nostras, qui delavit terram nostram, et occidit plurimos. 25. Letantesque per convivia, sumptis jam epulis, præceperunt ut vocaretur Samson, et ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos, feceruntque eum stare inter duas columnas. 26. Qui dixit puero regenti gressus suos : Dimitte me, ut tangam columnas, quibus omnis imminet domus, et reclinet super eas, et paululum requiescam. 27. Domus autem erat plena virorum ac mulierum, et erant ibi omnes principes Philistinorum, ac de tecto et solario circiter tria milia utriusque sexus spectantes ludentem Samson. 28. At ille, invocato Domino, ait : Domine Deus, memento mei, et redde mihi nunc fortitudinem pristinam, Deus meus, ut ulciscar me de hostibus meis, et pro amissione duorum luminum unam ultionem recipiam. 29. Et apprehendens ambas columnas quibus innitebatur domus, alteramque earum dextera, et alteram leva tenens, 30. ait : Moriatur anima mea cum Philistiim, concussisque fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes, et ceteram multitudinem quæ ibi erat : multoque plures interfecit moriens, quam ante vivus occiderat. 31. Descendentes autem fratres ejus et universa cognatio tulerunt corpus ejus, et sepelierunt inter Saara et Esthœol in sepulcro patris sui Manue, judicavitque Israel viginti annis.

**Vers. 1. 1. VIDIT IBI MULIEREM MERETRICEM, INGRESSUSQUE EST AD EAM.** — non ut cum ea fornicaretur, sed alterius negotii vel mysterii causa, ait S. Augustinus serm. 107 *De Temp.* Verum ingredi ad meretricem in Scriptura significat fornicari et meretricari. Quare fornicatus est hic Samson.

**Vers. 3. 3. IMPOSITAQUE (PORTAS GAZÆ) HUMERIS SUIS PORTAVIT AD VERTICEM MONTIS.** — Peccavit mortaliter Samson fornicando cum meretrice, et tamen retinuit suam fortitudinem supernaturalem, qua portas urbis impositas humeris tulit in montem; quia fortitudo hæc erat gratia gratis data, non gratum faciens, ac consistebat cum peccato mortali. Sita enim erat in ejus Nazareatu, id est in coma intonsa, ac abstinentia a vino et sicera; fornicatio autem non tollebat ejus Nazareatum, ac consequenter nec ejus fortitudinem.

III.

Allegorice, Samson media nocte tollens portas Gazæ representat Christum, post mediam noctem e sepulcro resurgentem, ac lapidem sepulcri amoventem, insuper portas mortis et gehennæ auferentem, indeque Patriarchas et Prophetas Sanctosque omnes cum triumpho educentem. Ita S. Augustinus, serm. 107 *De Temp.*, S. Hieronymus in cap. 1 *ad Ephes.*, S. Gregorius, hom. 2 *in Evang.*, quem audi : « Quem nisi Redemptorem Samson ille significat? Quid Gaza civitas nisi infernum designat? Quid per Philistæos nisi Judæorum perfidia demonstratur? Qui cum mortuum Dominum viderent ejusque corpus in sepulcro jam positum, custodes illico deputaverunt, et eum qui auctor vite claruerat, in inferni claustris retentum, quasi Samsonem in Gaza se deprehendisse letati sunt. Samson vero media nocte nos

14

solum exiit, sed etiam portas tulit; quia videlicet Redemptor noster ante hanc resurgens, non solum liber de inferno exiit, sed et ipsa etiam inferni claustra destruxit. Portas tulit, et montis verticem subiit, quia resurgendo claustra inferni abstulit, et ascendendo caelorum regna penetravit. Hanc ergo resurrectionis ejus gloriam, fratres charissimi, quae et prius demonstrabatur ex signo, et post patuit ex facto, tota mente diligamus, pro ejus amore moriamur. »

HERENS SUS. — R. Simeon Hachasid in *Suta* cap. i, fol. 10, censet numerus Samsonis tam fuisse latos, ut unus ab altero distaret sexaginta cubitis; quare eum fuisse gigantem. Verum omnes refutant utrumque. Nec enim fortitudo Samsonis in gigante corporis mole, sed in capillis sita erat.

4. POST HEC AMAVIT MULIEREM, QUAE HABITABAT IN VALLE SOREK (ubi erant vines uvae et vina praestantissima) et vocabatur DALILA (1).

Quaerens, an haec fuerit Samsonis uxor, an concubina et meretrix? Uxorem fuisse censet S. Chrysostomus, *hom. 17* ex variis in *Matth.* locis: « Hunc tantum, inquit, et talem virum et pulchritudine, et veritate, et sanctitate, uxor sua sicut inimicum decipiens, alligans Alphyllis tradidit. » Et postea: « Subdola irrepit in precordia mariti. » Et S. Ephrem, *serm. 1*: *Adversus improbas mulieres*, tom. 1: « Tante sanctitatis, pulchritudinis et fortitudinis virum propria mulier deturbavit, et velut hostem victum in alienigenarum manus tradidit, et cui neque leones, neque alienigenae resistere quibant, hunc propria conjux deiecit. »

Idem sentit Abbas Joseph apud Cassianum, *Coll. XVII*, xx, et Rabbinii nonnulli, ac S. Prosper, *lib. De Promiss.* xxii, et Pererius in *xxx Gen.*, disp. 4.

Verum alii passim opinantur Dalilam non fuisse uxorem Samsonis, sed concubinam, tum quia ipsa domi sua Philistaeos Samsonem captivos abscondit inscio Samone: si enim ipse ejus fuisset maritus, perviam habuisset totam domum, nec quis eo inscio in ea celari potuisset; tum quia si fuisset maritus Dalila, duxisset eam in domum suam, non autem ad domum ejus detulisset; ac habuisset cognatos, famulos et ancillas, qui ei dolos Dalilae, aequae ac Philistaeos ab ea domi absconditos detexissent.

Unde Josephus Dalilam vocat meretricem, aequae ac S. Ambrosius, *epist. 70*, S. Hieronymus, *epist. 126* ad *Evagrium*, Abulensis, *Quaest. VII*, Serarius et alii, qui propter easdem rationes autunt Dalilam Philistaeam fuisse, non Judaeam.

Hinc apposite Hebraice vocatur Dalila, id est paupertas, tenuitas, infirmitas, exhaustio, ait Paganus in *Notitia Hebr.*, quia talis solet esse meretrix; et quia « debilitavit et informavit, » tum aliorum, tum « Samsonis robur, » ait Elias in *Thibi*, « cor et opera. »

(1) Sorec ubi erat vicina Sarae, in qua natus erat Saruson.

Vere Comicus in *Truculento*: « Nec omnis aetas, inquit, ad perdiscendum sat est amant, dum id perdiscat, quot percat modis, quot ludiciose exemplis, quotque exoretur exorabilibus. Ita disciplina in aedibus es leonensis. Priusquam unum dederis, centum quae poscat, parat. » Et vere ibidem Geta: « meretricem, inquit, esse reor, mare ut est, quod des devorat, nec unquam abundat. Meretrix meum herum miserum sua blanditia intulit in pauperem, privavit bonis, luce, honore atque amicis. »

Vide hic quam perniciosa sit mulier. Quid fortius Samone? quid sanctius Davide? quid sapientius Salomone? Et tamen hos viros perdidit mulier, aequae ac Eva Adamum omnesque ejus posteris. Vide S. Chrysostomum, *hom. 47* ex *diversis in Matth.*, et S. Ephrem, *serm. Contra improbas mulieres*. Audi S. Hieronymum, *epist. 22* ad *Eustoch.*: « Samson leones fortior et saxo durior, qui et uris et nudus mille persecutus est armatos, in Dalila mollescit amplexibus. » Et S. Ambrosius, *Apolog. 2 David*, cap. iii: « Samson, inquit, validus et fortis leonem suffocavit; sed amorem suum suffocare non potuit. Vincula solvit hostium; sed suarum non solvit nexus cupiditatum. Messes incendit alienas; et unius ipse mulieris accensus igniculo, messem suae virtutis amisit. »

Denique Dalila, prodens Samsonem per capillos, fuit typus judae prodentis Christum per osculum, uti docent Patres.

5. DAREBUS TIBI SINGULI BILLE ET CENTUM ARGENTEOS. — Argenteus, supple siclus, erat florens Brabanticus continens quatuor regales Hispanicos, sive quatuor julos Romanos; mille ergo et centum argentei faciunt totidem florenos Brabanticos. Multiplicata hos per quinque (quibus enim erant Satriapae, et Satriapae vice Principes Philistinorum, scilicet Accaron, Ascalon, Azotus, Gaza, et Geth), habebis quinque millia et quingentos florenos Brabanticos, quibus Dalila Samsonem vendidit.

7. SI SEPTEM NERVICIS FUNIBUS, — hoc est, funibus confectis et contortis ex nervis bouum, taurorum, vel aliorum animalium. Hebraice enim *וַיִּתֵּר* et nervum et funem significat. Paganus hic vertit, *virgas*; Arias, *vimina*; Josephus, *palmita vitis*; Septuaginta, Chaldei et alii, *funes*. Mentitur Samson, ut Dalilam deludat et ea se abneget, ne secretum fortitudinis suae ei revelet.

9. QUI RUPIT VINCLA, QUOMODO SI RUPAT QVIS VINCLA FILIUM DE STUPPE TORTUM PUTAMINE. — hoc est de stuppe quisquillis, quae putari et abijci solent, hoc est filium vilissimum et debilissimum; putamen enim est omne id quod non tantum a proficitur, ait Momus. Abulensis et Lyranus pro putamine legunt *sputamine*, id est sputo, puta filium sputaticium: nentes enim et necientes fumes solent crebro conspuere stuppam, ut tanto facilius eam stringant et torquant.

Matth. vii. 28.

46. DEFECIT ANIMA EJUS, ET AD MORTEM USQUE LASATA EST, — id est, in maximos angores animique angustias redactus est, ut fere mortem mallet quam contentissimum illum cum sua Dalila pugnam et importunitatem; ita multos vincit demon et caro continuatione et prolixitate tentationis, qui primo fortissime ei resisterant: sensim enim hae duratione animi cum viribus languescunt et enervantur, tandemque vinci se sinunt, cedunt et succumbunt, ni Dei auxilium assidue imploratum adsit, et constantiam homini tribuat.

47. SI HASUM FUERIT CAPUT MEUM, RECEDET A ME FORITUDO MEA. — Hinc patet fortitudinem hanc admirabilem, et vires naturae superantem, fuisse qualitatem supernaturaliter Samsoni inditam, sed cum pacto; si videlicet ipse Nazareus esse perseveraret et comam non tonderet, sed jugiter aleret. Unde quia ipse sua culpa, indicando scilicet Dalila suae hosti et proditrici causam fortitudinis suae, comam furiva detensione perdidit, idcirco fortitudinem hanc subduxit illi Deus; non subducimus illam, si sine culpa, alopecia, aliove morbo aut incendio, aliove casu, aut vi illata illam perdidisset, ut recte advertit Abulensis et Auctor *De Mirabil. S. Script.* apud S. Augustinum, *lib. II*, cap. vi: « Mandat, ait, Dominicus observatio domum fortitudinis conservabat. » Fuit ergo domum hoc qualitas non transiens, sed permanens quamdiu ipse Nazareus et coma coronatus permaneret, non quod coma hanc fortitudinem causaret, nec quod in capillis fortitudo haec consisteret (sita enim erat in lacertis, nervis totoque corpore, ac magis in animo); sed quod servata coma esset conditio et signum Nazareatus, pacifice divini conservatio, ideoque causa moralis hujus fortitudinis ex Dei ordinatione. Quod ergo Samsonis opus aliquod heroicum aggrediente dicitur: « Irruit in eum Spiritus Domini, » non significat fortitudinem hanc in illo non fuisse permanentem, ac per singulos actus inditam; sed hinc illud Dei instinctum, novosque animos ad hoc illudve machinandum illi a Deo fuisse immissos. Spiritus enim notat inspirationem, instinctum, animos et impetum ad quippiam audendum. Ita S. Paulinus, *epist. 4 ad Severum*, et S. Ambrosius, *lib. II De Spiritu Sancto*, in praemio, quem audi: « Non ita est, ut tantam vim corporaliu capillorum potemus. Sunt quidem crines religionis et fidei: crines Nazarei in lege, perfecti in pacemania, et abstinentia consecrati; quibus illa in typo Ecclesiae, quae Domini pedes oleo perfunderat, verbi celestis vestigia detergebat. Tunc enim et secundum carnem noverat Christum. Isti videlicet crines, de quibus dicitur capillatura tua ut grepes caprarum; ex illo capite pullulantes, de quo dictum est: Caput viri Christus. Et alibi: Caput ejus aurum Cephas et crines ejus abietis nigrae. »

Causa ergo litteralis cur durante coma Samsoni fortitudo ei fortitudo, fuit, quod durante coma permaneret ipse Nazareus, hoc est Deo consecratus. Nazarei enim consecrati maxime consistebat in coma, ut dixi *Numer. vi*. Deus enim Nazareatus Samsonis hoc fortitudinis donum quasi primum assignabat.

Allegorica causa erat, quod per comam Nazarei representabat Christum Nazareum et Nazarenum, a quo omnis fortitudo procedit; Christus enim est caput nostrum et velamentum ac ornamentum capitis nostri. Unde S. Augustinus, *serm. 107 De Tempore*: « Fortitudinem, ait, non in pede, non in manu habebat, sed in coma, id est velamento; et in velamento Christus habebat virtutem, quando umbrae legis veteris eum tegebant. Coma ergo Samson in velamento erat, quia in Christo aliud videbatur, aliud intelligebatur. »

Tropologica causa erat, quod capillus notat cogitationes et intentiones hominis; sicut enim a capite sano et prominenti sani capilli, sic ex mente bona oriuntur hominis cogitationes, a quibus omnium virtutum fortitudo germinat.

Symbolica causa fuit, ut indicaret Deus hoc esse donum suum, qua ratione enim vilis et exilis capillus, id est capitis pilus, per se tantam fortitudinem causare poluisset? Rursus, ut Deus merneret capillorum, id est rerum minimarum nobis exactam curam esse habendam; a minimis enim pendet maxima. Minima ergo da Deo, et ab eo obtinebis maxima; sin illa Deo neges et des rebus terrenis, perdes maxima. Audi S. Ephrem, in sermone ascetico *De vita religiosa*: « O miraculum ingens, o obstupescendum! sicut namque leo animal generosissimum unico saltem capillo in terra victum tenetur atque humiliatur, ita profecto et ista virtus (quae leoni comparatur) terrena qualibet cura, veluti capillo uno colligatur, et in terra marescit atque vilescit. Quamobrem sobriam ac vigilem, carissime, te praebes; et te ipsum vincens, manusque admoveas, capillum in te filium exiguum ac vilem absconde, ut non in derisum veritas, quemadmodum Samson ille fortissimus, qui in uno momento lecti oculi, sola asini maxilla armatus mille viros occidit, et quasi unum capillum septenos validissimos funes amputavit, et seipsum a vinculis liberans, inimicos occidit, et Deo victoriam dedicavit; oratioque ejus maxillam asini in fontem aquae convertit: hic autem licet tantus ac talis esset, adeoque multa praecleara prestasset, semetipsum tamen per imprudentiam hostibus victum tradidit; humiliatusque valde est, postquam crines ei ablati sunt, terribilisque illas suas et admirabiles vires colligavit ac perdidit. Quare et tu tibi ipsi attende, » etc.

Hinc S. Ambrosius, *lib. I Offic.* cap. xxvi, capillos Samsonis vocat « invicti crinis ornatum, praerogatum virtutis. » Et S. Paulinus *ad Cytherium*: « Samson, ait, vi capillorum potens, virtute erinitus sacra. » Et: « Ille recepit robur recetis crinibus. » S. Chrysostomus, *hom. 17* ex *variis in Matth.* locis, capillos Samsonis appellat « arga-

Causa litteralis

## COMMENTARIA IN LIBRUM JUDICUM, CAP. XVI.

nono virtutis suae martyrium,» id est testimonium.

Queres, an Samsonis fortitudo in solis capillis, an etiam in reliquis ceremoniis Nazareatus, ac praesertim in abstinentia a vino et sicera sita fuerit, ut si vinum biberet, fortitudinem amitteret, esto capillum intonsum servaret? Affirmat Abulensis, S. Basilium et alii mox citandi, et ratio est, quia ob Nazareatum datum fuit ei hoc robur. Atqui Nazareatus tam consistebat in abstinentia vini et sicerae, quam in coma intonsa, ideoque Deus abstinentiam hanc tam severe praeciperat non tantum Samsoni, sed et matri ejus, cap. XIII, 4; idque ut doceret nos sanitatem et robur non consistere in vino, sed esse donum Dei, qui statuit ut abstinentia sit mater tam roboris et sanitatis, quam sapientiae et sanctitatis, ut patet in praeceptis Anachoretis. Negat Serarius et alii. Ratio est quod Samson hic solum capillorum ameminerit, in hisque suam fortitudinem sitam asseveret. Porro sevit hoc Samson indicante hoc matre, vel revelante Angelo, vel inspirante Deo. Utraque sententia est probabilis, sed prior probabilior.

19. AT HILIA DORMIRE EUM FECIT SUPER GENTA SUA. — Putat noster Delrio, lib. III *Disquisit. magic.*, part. I, quest. II, Dalilam papaver aliaque soporifera Samsoni in cibo vel potu dedisse, ut fortius dormiret, nec expugnaretur in defensione capillorum, idque a similibus mulierculis facilitatum docet ex Virgilio, Apuleio et Casario. Addunt alii propinasse ei vinum, quod in Soree, ubi ipsa habitabat, erat prestantissimum; nam « sine Cere et Baccho friget Venus. » Et: « In vino luxuria, » ait Apostolus, *Epist. V, 18*; « et Venus in vinis, ignis in igne fuit. » Unde et Josephus Samsonem vocat ebrium; idem insinuat S. Ambrosius, *epist. 70*; S. Basilium, *orat. 1 et 2 De jejunio*, et Theodoretus, *Quest. L in lib. III Reg.* Quod si verum est, jure meritoque Samson permissus est a Deo incidere in somnum, in eoque perdere comam, et cum ea fortitudinem, quia contra legem Nazareatus vinum bibit, et contra legem temperantiae plus eoque bibit. Negat tamen idipsum Abulensis, quia Scriptura nullam vini vel tenuentiae facit mentionem, factura utique, si ipse per eam Nazareatum suum a Deo commendatum infringisset. Sed audi S. Basilium, *homil. 4 De jejunio*: « Quae res fortissimum virum Samsonem inexpugnabilem reddidit? An non jejunium? Cum jejunio in utero matris conceptus est, cum jejunio educatus est, jejunio in virum adolevit, quod jejunium Angelus matri indixerat? Quidquid sequitur e vinea ne edat, vinumque et siceram ne bibat. Jejunium prophetas generat, potentibus addit robur. Jejunium legum latoribus subministrat sapientiam, bona animae custodia, corpori tutus convictor, armatura fortiter belligerrantibus, athletis exercitium. » Et *hom. 2*, exagerrat dicens: « Jejunium magnum illum Samsonem educavit, idque quando viro adfuit, singulis

conflictibus millei hostes prostrati sunt, urbium portae subrupte sunt, leones robur manuum illius non sustinuerunt. At simul atque christas ac scortatio corripuit hominem, captus est ab hostibus atque exoculatus, pro ludo expositus est pueris alienigenarum. » Ex quibus concludit S. Hieronymus, *lib. II Contra Jovin.*: « Quam pulchra res quae placat Deum, leones mitigat, daemones terret! »

ET RASIT SEPTEM CRINES EJUS. — hoc est septem cincinnos quibus constabat, et in quos distincta erat Samsonis casaries, ne si tota sparsa diffunderet, oculos ejus totamque faciem velaret. Ita Abulensis. Alii per septem crines accipiunt omnes crines. Septenarius enim est symbolum universalitatis.

Allegorice, sicut Dalila tondit crines Samsonis, sic Judaei per noctem passionis Christi, illudentes ei ejus capillos vulserunt, vel rasurunt, juxta illud *Isa. L, 8*: « Genas meas dedi vellentibus; faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus in me. » Item cum militibus corona spinea comam ejus lacerarent.

Mystice S. Ephrem, *tom. I, serm. 1. Adversus improbas mulieres*: « Septem crines in capite gestabat Samson, qui septiforme lumen designabant gratiae. » Et postea: « Mysterium fortitudinis ipsius inter dormiendum noctu per dolum deprehendens mulier, illum jam nudum atque inermem circumvenit. » Et pluribus interjectis, haec mulier mala dat epitheta et malitiae elogia: « Quid est mulier? Nastragium super terram, fons nequitiarum, thesaurus immunditiae et malitiae, mortifera conversatio atque confabulatio, oculorum pernicies, animarum exitium, cordis spirituum, juvenum perditio, sceptrum inferni et concupiscentiae praecipit. Quid est mulier? Causa diaboli, regis serpentis, diaboli consolatio, dolor inconsolabilis, caminus succensus, eorum qui salvantur offensio, malitia incurabilis, diurna confabulatio, hospitium lascivorum et officina demonum. Quid est mulier? Amor flagitiosus, bestia impudens, incontinentissimus impetus, effrenatum os rerum arcanarum, triumphus tenebrarum, dux delictorum, oblectamentorum magistra, insatiabilis concupiscentia, nequitiae et aeterni supplicii conciliatrix. Quid mulier? Prudentia terrena, vini discordia, coeumbens incontinentia, excitata cura, vipera vestita, pugna voluntaria, quotidiana calamitas, procella domus, viri nastragium, immoanis bellua, adulterorum diversorium, arma diaboli, expetita rabies, diversata mors, ut non immerito dictum sit a Sapiente: « Brevis omnis malitia super malitiam mulieris. »

ET COEPIIT ABIGERE EUM ET A SE REPELLERE; STATIM ENIM AB EO FORTITUDO DISCESSIT. — Tale est meretricum ingenium, ut virorum opes viresque exhauriant, mox inopes pauperesque repellant. Ea tibi ut tanta Samsonis virtus ab imbecilli muliercula prosterneretur, et prostrata illudatur.

Ex hoc facta Samsonis et Dalile orta est historioria, vel potius fabula Gentilium de Nisi Megarorum regis, sub idem hoc tempus regnantis, coma adeo coelesti, ut, quamvis eam servaret, nec vinci, nec regno pelii posset; sed Scylla Nisi filia, amore Minoris urbem obsidentis dementata, patri dormienti comam resevit, itaque patrem et patriam hosti prodidit. Verum Minos Scyllam utpote tam infamem paricidam exhorruit, eamque pedibus colligatis in mare praecipitem dedit dicens:

Di te submoveant, o nostri infamia sacri!  
Urbe suo, tellusque tibi pontusque negetur.

Ita ex Pausania, Servio, Apollodoro et aliis. Martinus de Roa, *lib. V Singul.* cap. VII, et Serarius, *Quest. XVI*, qui et addit: Alii, ut Ovidius, tradunt eam furis correptam et agitatam seipsam in pelagum praecipitem dedisse, ac ob Minos imprecaationem in avem migrasse, quia quia Graecis *κίχιν* est tendere, suo sibi perpetuum dedecus ac infamiam nomine conflare:

Plena fuit, plumis in avem mutata vocatur  
Ciris, et a tonsa est hoc nomen adepta capillo.

Quibus omnibus quid significatur aliud, quam fonestus facinorum omnium exitus, propudiosum scelus dedecus, infamis libidinum merces? Et nostra quidem Ciris Dalila est, cujus etsi extrema ignoramus, imo et depensas ei a Satrapis pecunias videmus, vers. 18. nihil tamen dubitandum quin et diris conscientiae agitata furis suorum penas dederit flagitiorum.

21. QUAE CUM APPREHENDISSENT PHILISTINUM, STATIM ERUERUNT OCULOS EJUS, — ut si fortitudo ipsi rediret, illam et inutiliter redderet, cum non videret quem feriret, itaque immunes et securi ab eo forent. Samson excecatus a Philistaeis fuit typus Christi oculis velati in Passione a Judaeis illi illudentibus, aequae ac excecationis Judaeorum, quae inde secuta est. Ita S. Augustinus, *serm. 107 De Tempore*.

Juste congruaque pena Samson privatur oculis, quia eis lascive aspexerat et concupierat Dalilam, quae proinde justo Dei judicio ejus captivitas et caecitatis fuit causa. « Visu, ait S. Hieronymus in cap. xxvii *Ezech.*, quia male fuerant abusi, Samson et Sedecias privantur; » nimirum libido excecavit oculos tum corporis, quia spiritus visus exhaurit, tum potius mentis. Fuit tamen haec pena ei salubris; nam per excecationem oculorum corporis aperti sunt oculi mentis, ut ex pena agnosceret culpam, de eaque penitenter, promittens Deum invocaret, itaque cum eo in gratiam rediens fortitudinem suam ab eo reciperet.

Tropologie, audi S. Gregorium, *lib. VII Moral.* cap. XII: « Plurimoque, ait, prius oculus contemplationis amittitur, et post per carnis desideria, hujus mundi laboribus animus subjugatur, prout testatur Samson ab Allophylis captus, qui postquam oculos perdidit ad molam denudatus est:

quia nimirum maligni spiritus, postquam tentationum stimulis intus aciem contemplationis effodiunt, foras in circuitum laborum mittunt. » Et S. Brigitta, *lib. IV, cap. cxvii*, a tribus hostibus Episcopo cavendum monet: « Quorum secundus pingit oculos, ut est, ait, pulchritudo mundi et possessiones terre, apparatus rerum et vestimenti, favores hominum et honores. Cum enim omnia ista appetuntur et offeruntur, sic excecant oculos animae et rationis, quod dulcius videatur stare cum Samsons ad molam curae mundialis, quam cum sponsa Ecclesia ad dispensationem curae pastoralis. »

Audi et S. Paulinum, *epist. 4*: « Caecitate Samsonis, quam corporeis tantum captus oculis, spirituales non amisit, illuminor ad intellectum bonum, ut exemplo illius sciam quos magis debeam oculos habere. Non enim invocasset ille vir Dominum in sua virtutis auxilium, nisi mentis oculos habuisset incolumes, quibus lumen est Christus, in ejus lumine videbimus lumen. » Et postea: « Et mortem mihi Samsonis et cecitatem volo, ut vivam et videam Deo. Nam forsitan ille, receptus propter futurum mysterium in coma viribus, recipere simul, ut amiserat, oculos ideo non desideravit; quia virtus illa coelestis gratiae internis sana luminibus corporeo non agebat oblitu. » Unde ex caecitate hoc morale elicit documentum: « Hoc igitur exemplo et nos contentis ad Dominum sensibus, carnales oculos secularium rerum aversione decemus, quibus orbari Propheta desiderabat, cum diceret: Averte oculos meos ne videant vanitatem. Et Dominus ipse oculis Judaeorum caecitatem preferens dicit: « Si caeci essetis, peccatum non haberetis. Reminiscentur quae pernicie illis in Paradiso oculi sint aperti; quos tandem habuerunt illuminatos Deo, quamdiu clausos habuerunt peccato. Nam tum demum pubertatis ut etatis suae hauserunt pudorem, cum bonae conscientiae castitatem ejus lumine vestiebantur, praeviationis crimine perdidissent. Et ideo veri luminis damnum est ad usum tenebrarum uti luminibus, et oculos in terrena defixos caecare coelestibus. Illuminatur autem anima tali caecitate, quae despiciit mundum, ut conspiciat Deum. »

VINCITUM CATENIS ET CLAUDSUM (Hebraice, *Nigraunt eum* מַשְׁתַּיִם *nechastaim*, id est, *duobus aneis aut chalybeis vinculis*) IN CARCERE MOLERE PECEPERUNT. — « Molere, » id est, molas trusatiles (quibus olim frumentum commolebant mancipia in pistrino) eum versare et circumagere coegerunt.

Tropologie S. Paulinus, *epist. 4 ad Severum*: « Qui peccatum operatur, ait, de mola vite suae hostile triticum molit, ut Zabulum (id est, diabolum) pascat, cui panis fit anima, quae sibi famens est. »

Rabini moderni et prisci, teste S. Hieronymo in cap. XVII *Isaiae*, vers. 4, pro molere accipiunt actum venereum, quasi ad eum coegerint Philisti-

stini Samsonem, ut ex eo simile semen, id est, proles fortes elicerent, ut scilicet ipse eis gigneret novos Samsones, qui Hebraeis talionem redderent, eosque opprimerent, sicut Samson oppresserat Philisteos.

Verum apage hanc obscenitatem: illa se pascent Rabbi obsecro, æque ac Gentiles, qui teste Apollodoro, lib. II *Biblioth.*, tradunt Thesium regem filias suas quinquaginta Herculi dormienti suppositisse, « quum ope adoitens ut Hercules summe replete omnes sibi nepotes procrearent. » Idem tentant Saracena femine apud Patrem Gasparem Barzeum, Armuzii Samsonem, sed frustra, uti refert noster Trigautius in ejus Vita.

22. JAMQUE CAPILLI EJUS RENASCI COEPERANT. — Verisimile est, ait Abulensis, quod tunc Samson ad eor reversus, sue fornicationis et imprudentie penitentiam egerit, ac rursus servaverit regulam vitamque Nazæeorum; itaque se Deo reconciliavit, ac crescentibus capillis paulatim donum fortitudinis recuperavit et a Deo receperit. Idem asserit Auctor *De Mirabilibus S. Scripturarum* apud S. Augustinum, lib. II, cap. VI, Arias, Serarius et alii. Hinc etiam colligitur Samsonem non diu fuisse detentum captivum; nam capilli recessi illico recesserunt.

Tropologice S. Paulinus, *epist.* 4: « Illam, ait, speciem, que in illo Samsonis vel recinno vel moriente retextur, et in omnem Christi famulum convenire arbitror: homo enim qui preventus fuerit in aliquo peccato, et salubriter penitendo ad insaurationem gratiæ quasi capillis renascentibus revertitur, ponens ut arcum æreum brachia sua, id est, fidem spei veræ, et spem fidei non fictam, exerecens idem ad prælium manus suas operibus pietatis, cujus exercitatio ad omnia utilis est; tum ut quibusdam bonæ conscientiæ et fidei firmæ lacertis valens audebit invadere, et poterit vertere inimicorum columnas: quæ quidem sunt columnæ hostilis domus quibus nititur, in qua velut nostri victor epulatur, illudens capiti, si membris nostris, ut armis suas iniquitatis utatur. »

23. UT IMMOLARENT HOSTIAS MAGNIFICAS DAGON DEO SUO. — Quis et qualis fuerit Dagon dicam lib. I *Reg.* cap. V, vers. 2.

23. ET ANTE EOS LEDERET. — Saltando motum et motione agendo. Ecco Philistæi hic illudunt Samsoni quasi securo, uti Judei Christo patienti, dicentes: « Propheta quis est qui te percussit? » Vido ad quam indigna deductus sit Samson Israelis iudex et princeps. Unde Abulensis ejus sortem miserans, *Quest.* XXXV, exclamat: « O admiranda Samsonis calamitas! o Judaici populi gravissima infelicitas et opprobrium! fortissimus ille virorum, atque toti populo stupendus, ipsoque nomine terribilis Samson, qui leones sevisimos facillime mansueti domerat, magnos hostiles exercitus cunctos fundens inusitatum omnibus sæculis stragem egerat, et quod mirabilis est tanta facilitate,

ut facilis sibi agere quam nobis cogitare foret. O nimis plangende vir, imo virorum flos, qui omnes viribus superans sola prudentia caruisti et miserabilis muliercule pulchritudine tractus, et fallacibus lacrymis deceptus in extremam decidisti sortem, ita ut eunctorum quæ legerim, miserior factus, turpiter ab hostibus utroque privatus lumine, in æternum totius populi Hebræorum opprobrium ad molam asinariam molere cogaris. »

Porro quomodo Samson fuerit typus Christi, audi docentem S. Augustinum, *serm.* 107 *De Temp.*: « Samson Christum significabat. Verum mihi videtur dicere, sed continuo occurrit cogitantibus: Et Christus vincitur blanditiis mulieribus? Et Christus quomodo dicitur ad meretricem intrare potuisse? Deinde et Christus capite nudatur, capillo raditur, virtute spolatur, alligatur, excruciat, illuditur. Evigila, fides, attende quid sit Christus, non solum quid fecerit, sed etiam quid passus sit Christus. Quid fecit? Operatus est ut fortis, passus ut infirmus. In uno intelligo utrumque, video fortitudinem Filii Dei; video infirmitatem filii hominis. » Et pauca interjectis: « Quædam fecit Samson ex persona capitis, quædam ex persona corporis, totum tamen ex persona Christi. In eo enim quod virtutes et mirabilia operatus est Samson, caput Ecclesie Christum significabat: in eo autem quod prudenter fecit, illorum qui in Ecclesia juste vivunt imaginem gessit. Ubi forte preventus est et incaute egit, eos qui in Ecclesia peccatores sunt figuravit. »

26. UT TANGAM COLUMNAS, QUIBUS OMNIS TEMENITUS. — Samson hic typus fuit Christi manus extendentis ad duo crucis extrema, quibus collisit et oppressit demones, peccatum et gehennam. Sic ergo ipse suos interemptores interemptus oppressit, et illius passio facta est interfectio persecutorum, ait S. Augustinus, *serm.* 107 *De Tempore*.

Domus. — Multi censent domum hanc fuisse sacram, sive templum Dagon. Nam, vers. 23, dicitur Philistæi immolasse hostias deo suo Dagon, ibidemque epulati ob captum Samsonem; hostiæ autem immolabantur in domo sacra, puta in templo. Ita Suidas, Abulensis, Dionysius, Serarius, Saliarius et alii. Hinc Philo, lib. *De Pionat. Noe*, docet olim convivari solitos in templo, ut cum Deo modeste et religiose convessiverentur; additque, « ex hoc more » natam aiunt vocem *phylæon* (id est exhilarari, inebriari) quasi *vera* *phylæon* (post sacrificium), « quia post sacra prisci demum indulgebant poculis. » Sic cap. IX, vers. 27, Sicimite in fano dei Berith inter epula et pocula maledicebant Abimelech; ibi ergo idolis suis immolabant, ibidemque idolothya, id est idolis immolata comedebant, ut docet Apostolus, I *ad Cor.* cap. VIII, vers. 10. Ibi quoque laudes doli suis canebant, et deinde omni luxu et luxurie genere lascivebant, uti fecere Hebræi adorantes vitulum aureum, *Exodi* cap. XXXII, et II *Machab.*

cap. VI, vers. 4; *Daniel.* cap. V, vers. 4. Idem testatur Virgilius *Æneid.*

Accedit quod domus private non sint tam ample, ut capiant tria millia spectantium, nec habeant aulas tam amplas ubi Samson ludens a tribus millibus conspici potuisset: templa vero ad hoc spacia permulta sunt.

27. AC DE TECTO ET SOLARIO CIRCIER TRIA MILLIA. — Tecta enim in Palestina erant plana, habebantque fenestras ita dispositas, ut per eas spectantes videre possent quidquid erat in infima domus parte, ut Samsonem hic saltantem. Ita Abulensis.

30. MORIATUR ANIMA MEA CUM PHILISTHIM. — Est synecdoche. Anima enim mori nequit, cum sit immortalis. Anima ergo quasi pars præcipua ponitur pro toto homine, *q. d.* Moriari ego. Aut certe anima mori dicitur non in se, sed in corpore, *q. d.* Moriatur anima corpori, ut illud deserat, nec amplius viveat, *q. d.* Moriari ego, dummodo moriantur Philistæi. Opprimam ruina domus Philisteos hostes Israelis, etsi ego eadem opprimendus sim. Morte meam emam mortem hostium et vitam civium.

Dices: Samson hic occidit seipsum, ergo fuit sibi homicida; ergo peccavit mortaliter, cumque in hoc peccato obierit, est damnatus. Respondet S. Augustinus hic, et lib. I *De Civit.* cap. XXX, Samsonem non peccasse, quia se occidit ex Dei instinctu: Spiritus, inquit, latenter hoc jusserat, qui per illum miracula faciebat, adeoque hic preces ejus exaudivit, et pristinam fortitudinem ad id faciendum restituit.

Respondet secundo: Non peccavit hic Samson, quia columnas domus concussit hoc fine, ut ejus ruina omnes principes Philistinorum, plurimosque a populo opprimeret, itaque insignem hostibus suis cladem inferret. Licet enim ipse hic privatam tantum executionis sue ultionem a Deo flagitet; tamen quia ipse publicus erat populi sui iudex vindicæ, et quia Apostolus, *Hebr.* cap. XI, eum a fide et fortitudine commendat, et quia Deus hic supernaturaliter eum ad hanc ruinam adjuvit; hinc omnino verisimile est ipsum omnem hanc ultionem retulisse ad Dei honorem et Reipublicæ sue bonum, utque laudes idolo Dagon a Philisteis ob se captum attributas adimeret et Deo vero restitueret.

Itaque Samson hic proprie et physice seipsum non occidit, uti fecisset si gladio se transfodisset, vel captus ad columnam allisisset; sed permisit tantum se communi cum hostibus ruina opprimi, sicut Eleazar videns elephantem regium illi se suppositum eumque occidit, ac ejus ruentis mole obrui se permisit, ut populum liberaret, lib. I *Machab.* cap. VI, vers. 46.

Nec etiam se occidit morali imputatione, quia directe intendebat Philisteos occidere, se vero indirecte et permissive tantum eadem clade, quam evadere non poterat, involvere.

gnæ fortitudinis fuit, sic et magna pro præteritis culpis fuit poena et satisfactio. « Non eligitur, inquit Cajetanus, in hujusmodi casibus mors propria in seipsa, sed per se eligitur mors hostium, et concomitans propria mors toleranda admittitur propter bonum ultionis. Sic princeps exercitus, prostraturus hostes, mortem propriam concomitantem non respuit. » Sic et Lyrantus, et Francisus Victoria, *Relect.* cap. X, *De Homicid.*, in fine; Dominicus Soto, lib. II *De Just.* *Quest.* IX, art. 8; Lessius, lib. II *De Justit.* cap. IX, d. 6, num. 33. Quid et S. Ambrosius, *epist.* 70, ait Samsonem, in morte seipsum vicisse: « Etsi incomparabilis, inquit, in hac vita fuerit, tamen in morte seipsum vicit, et insuperabilem gessit animum, ut contemneret et quasi pro nihilo haberet vite finem omnibus formidolosum. Virtutis igitur fuit quod victoriarum numero diem clausit, nec captivum exitum, sed triumphalem invenit. Denique non telis, sed cadaveribus hostium pressus humatus est proprio tectus triumpho. » Hæc Ambrosius et S. Paulinus *ad Cytherium*: « Qui servus gloriante vixerat hoste, obruto victor cadit. » Denique Bacharius, *epist.* ad Januar. *De recipiendis Lapsis*, Samsonem vocat martyrem, quod pro Dei religione et honore ultro occubuerit, sed abusive. Sic enim milites contra Hereticos et Turcas pugnano occumbentes essant martyres, quod nemo dicit, martyri enim non pugnat, sed patitur.

Symbolice, discas hic quam vana sint vires, æque ac opes omnesque res mundi. En tibi laertotus Samson viribus suis perit. Sic et Milo Crotoniæ, qui pugna ferocem taurum occidit, eumque humeris ferebat per miliare, suis viribus occubuit. Nam senex effectus per sylvas vadens, volens experiri pristinas vires, cum quæcumque diringeret, paribus distractis vi sua rursus eorum captus et collisus est. Sic pugnacissimi milites pugmando, peritissimi natatores natando occumbunt.

Denique multi censent ex historia Samsonis Gentiles mutatos esse gesta fabulasque sui Herculis; cum revera alius non fuerit Hercules, quam Samson. Ita Philastrus, lib. *De Heres.* cap. VIII: « Pagani ait, fortes viros ex Samsonis figura usurpantes, Hercules nuncuparunt. » D. Augustinus, lib. XVIII *De Civit.* cap. XIX: « Hebræorum iudex Samson, cum mirabiliter fortis esset, putatus est Hercules. » Otho Frisingensis, lib. I, cap. XXV: « Fortissimum Samsonem, ob incredibilem fortitudinem Herculeum pulabant. »

Pererius in *Genes.* cap. XLIX, prophetia 6: « Fuit talis revera Samson robore corporis ac fortitudinis animi, quem fuisse Herculeum ambitioso mendacio finxerunt Greci. » Martinus de Roa, lib. V *Singularium*, cap. VII: « Herculis labores, vires et ærumnas ex Samsonis historia veteres depinxerunt. »

Probant primo, quia perierunt Gentilium fabulae acceptæ sunt a S. Scriptura, ut fabula Titanum ia gigantum; diluvium Deucalionis ex

diluvio Noe; incendium Phaenontis ex incendio Sodome; campi hortique Elysi ex Paradiso terrestri, etc., ut docet Origenes lib. IV *Contra Celsum*; S. Justinus, *Apolog.* cap. 1; Clemens Alexandrinus, cap. 1 *Strom.*; Tertullianus in *Apolog.*; Nazianzenus, *orat.* 20; S. Hieronymus in cap. v *Amos*; S. Augustinus, lib. II *De Doctrin. Christ.* cap. XXVII.

*Secundo*, quia Hercules dicitur vixisse eodem saeculo quo Samson. Unde Eusebius, *Præfat. in Chron.*: « Mihi, ait, videntur Hercules et Samson non multum inter se distare tempore, siquidem ambo circa Trojæ captivitatem fuerunt. » Sic et S. Augustinus, lib. XVIII *De Civit.* cap. XII: « His, ait, temporibus Hercules in Tyria alias Syria clavis habebatur. »

*Tertio*, quia Hercules celebris erat, et colebatur quasi heros et deus magnus a Tyriis et Palestinis, teste Herodoto, lib. I, cap. XX, Cicero, lib. III *De Natura Deorum*, Plinio, lib. XXXVII, cap. v, et S. Augustino loco jam citato. Atqui ibidem, puta in Judea, que Philistinis Tyriisque confertina est, floruit Samson. Rursum Hercules non gladio, sed clava pugnabat, unde cum clava pingitur. Sic et Samson non ense, sed maxilla asini, quasi clava Philisteos mactavit.

*Quarto*, quia Hercules (Græce Ἡρακλῆς) fuit symbolum solis; Samson autem Hebraice idem est quod parvus sol, ut dixi cap. XII, vers. 24. Audi Macrobius, lib. I *Satur.* cap. XX. « Et revera Herculem solem esse vel ex nomine claret. Hærales enia quid aliud est nisi heras, id est aeris cleos, quæ porro alia aeris gloria est, nisi solis illuminatio, cujus recessu, profunditate occultitur tenebrarum? Præterea sacrorum administrationes apud Aegyptios multiplici actu multiplicem Dei asserunt potestatem, significantes Herculem hunc esse. » Duodecim labores Herculis sunt duodecim signa Zodiaci, quæ sol quotannis percurrit et conficit.

*Quinto* et maxime, quia gesta Herculis similia et quasi eadem sunt cum gestis Samsonis. Hercules enim leonem interfecit, unde et pingitur eum leonis exuviis, sic et Samson. Hercules ut se suosque liberaret, maximos subiit labores et agones: sic et Samson. Audi Serarum, *Quæst.* XXXVI. Hercules Nemæus leo, nonne Samsonis Thamaheus leo est? Hydræ, Centauri, Stymphalides aves aliaque id genus commentitia, nonne Ascalonitarum, Gazeorum, Philistinorumque aliorum impetus innuunt, majoribusque omnia mendacis cumulant? Quid due Herculis columnæ, nonne ille due sunt, quas concussit et per quas quemdam velut malorum oceanum in Philisteos immisit Samson? Fœda item Herculis apud Omphalem servitus et effeminatio, de qua lib. III et VII *Contra Celsum* Origenes; cæteraque ejus vite impurities, ac libido, nonne Samsonis in Gaza meretricæ ac Dalila petulantiam acerbamque servitutum clamant? Ejusdem vero Herculis post ho-

micidia libidinesque penitentia, de qua idem Origenes, lib. III *Contra eundem Celsum*, et Plinius, lib. XXXV, cap. XI, iteratæque per Thestium et Eumolpium expiationes, ac Eleusiniorum sacrorum initiationes, quid nisi Samsonis penitentiam, sacrique Nazareus religionem ac renovationem indicat? Mors in Oeta monte ultro ac sponte suscepta, de voluntario etiam Samsonis interitu non omnino nihil significat.

Denique in Samsonis vita plane cernitur illud Herculeum:

Melior mihi dextera lingua est.

30. MULTOQUE PLURES INTERFECIT MORIENS, QUAM ANTE VIVUS OCCIDERAT. — Occidit enim moriens omnes principes Philistinorum, et tria millia e populo. Minus vere ergo Philo Biblicus asserit eum moriendo oppressisse quadraginta millia hostium. Hoc est quod intendebat Samson, scilicet Philistinis ingentem cladem inferre, per quam Hebraeos ab eorum servitate liberaret, etiamsi seipset eadem ruina opprimerent. Morte ergo sua peperit vitam et libertatem populi sui. Atque hæc in re fuit typus Christi, qui plures occidit moriens quam vivens; quia morte sua enervavit vires demonum, peccati, mortis, gehennæ, nosque et eorum jugo liberavit. Nam, ut ait S. Paulinus, *epist.* 4: « In Christi passione Zaboli (id est, diaboli) domus cecidit, et regnum mortis solutum est. Itaque mortem ipsam moriendo destruxit, solvens inimicitias in carne sua, et faciens utrumque unum, id est, hominem et Deum, quem in seipso connexuit Deus et homo Christus Jesus. »

Sic Judas Machabeus in ultima pugna cum paucis contra plurimos conficiens, et occumbens, plures occidit moriens quam vivens. Ita noster Edmundus Campianus Angliæ Samson, qui primus et Societate Jesu pro Orthodoxa fide generose occubuit, plures convertit moriendo sua pietate, modestia, fortitudine, hilaritate, quam vivens predicando, uti mihi narrarunt oculati testes, imo tunc ab eo conversi. Ita Martyres plures occiderunt, imo vivificaverunt moriendo quam vivendo, quia plures converterunt sua patientia, constantia, alacritate in morte, quam viventes suis exhortationibus; unde in *Vitis Martyrum* legimus jam centum, jam trecentos, jam mille, jam tria vel quinque millia fuisse ad Christum conversa: nimirum « sanguis martyrum semen est Christianorum, » ait Tertullianus in *Apolog.*

Hic simile est quod narrat Græci de suo Achille. Achilles enim ab Apolline telis confixus et lethaliter sauciatus, æneius invasit Trojanos, pluresque occidit, alios in fugam egit, ita ut Trojani etiam ad ejus occisi cadaver, quasi adhuc spiraret cædes, non auderent accedere. Quin et moriens fugientes Trojanos compellans: « Heu miculosi Trojani, inquit, ne mortui quidem meo hæste vos fuga subtrahere poteritis, sed moræ penas luetis vestris furis. Ut dixit, illi exhorru-

runt, perinde ac ut in montibus hinnuli vocem rugientis leonis expavescent formidolosi, » ait Q. Calaberius, lib. III *Paratipom.*

Denique noster Sallianus in *Epitaphia Mausolei Samsonis* inter alia hæc ei dat elogia: « Samson heros mille prodigiis inclutus, imo totus ipse prodigium, etc. Columnas ingentes multorum milium sedem quassat et concutit, et cum universo

Dagonis templo dejicit ac devolvit in præceps, et suis moriens oppressus trophæis, hostem ac servitutum populi sui eodem sepulchro concludit, in quo sol rutilans (Samson enim Hebr. idem est quod Sol) et orbitam suam nullo remorante decurrens, et cursum amisit et luceam. Anno mundi CXC CC CC CC CC, ætatis XXXIX, ante veri Samsonis ortum CXC CLIV. »

## CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Mater Michæ dat ducentos argenteos ac conficiendum idolum; quare Michas fecit Ephod et Theraphim, unumque e filiis sacerdotem creavit. Moz, vers. 7, Levitam peregrinantem in domum recipiens, eundem sui idoli sacerdotem constituit.*

1. Fuit eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas, 2. qui dixit matri suæ: Mille et centum argenteos, quos separaveras tibi et super quibus me audiente juraveras, ecce ego habeo, et apud me sunt. Cui illa respondit: Benedictus filius meus Domino. 3. Reddidit ergo eos matri suæ quæ dixerat ei: Consecravi et vovi hoc argentum Domino, ut de manu mea suscipiat filius meus, et faciat sculptile atque conflatile, et nunc trado illud tibi. 4. Reddidit igitur eos matri suæ, quæ tulit ducentos argenteos, et dedit eos argentario, ut faceret ex eis sculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ. 5. Qui adieciam quoque in ea Deo separavit, et fecit ephod, et theraphim, id est, vestem sacerdotalem, et idola; implevitque unius filiorum suorum manum, et factus est ei sacerdos. 6. In diebus illis non erat rex in Israel, sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. 7. Fuit quoque alter adolescens de Bethlehem Juda, ex cognatione ejus, eratque ipse Levites et habitabat ibi. 8. Egressusque de civitate Bethlehem, peregrinari voluit ubicumque sibi commodum reperisset. Cumque venisset in montem Ephraim, iter faciens, et declinasset parumper in domum Michæ, 9. interrogatus est ab eo unde venisset. Qui respondit: Levita sum de Bethlehem Juda, et vado ut habitem ubi potuero, et utile mihi esse perspexero. 10. Dixitque Michas: Mane apud me, et esto mihi parens ac sacerdos, daboque tibi per annos singulos decem argenteos, ac vestem duplicem, et quæ ad victum sunt necessaria. 11. Acquivit, et mansit apud hominem, fuitque illi quasi unus de filiis. 12. Implevitque Michas manum ejus, et habuit puerum sacerdotem apud se. 13. Nunc scio, dicens, quod benefaciet mihi Deus habenti levitici generis sacerdotem.

Altera hæc est pars libri, in qua, post gesta Samsonis et Judicum, alia quedam historie, quæ sub idem tempus contigerunt, atextuntur: nimirum, cap. XVII, scilicet in tribu Ephraim idololatria; cap. XVIII, Danitarum expeditio, urbisque Lais expugnatio, ac lapsus in idololatriam; cap. XIX, tribus Benjamin stuprum; cap. XX, ejusdem excidium; cap. XXI, ejusdem restauratio.

1. FUIT EO TEMPORE VIR QUIDAM DE MONTE EPHRAIM NOMINE MICHAS. — « Eo tempore, » quo videlicet gesta sunt quæ hoc libro Judicum continentur, quæ quia potissimum erant hujus libri argumen-

tum, Auctor prius ordine enarrare voluit, et tam longam quinque sequentium capitum narrationem in finem libri rejicere. Ita Lyranus, Abulensis, Sallianus, Carthusianus et alii.

Quares, quando contigerunt ea quæ hisce capitibus seqq. recensentur? Respondet Serarum, *Quæst.* XIV, contigisse paulo post mortem Samsonis, antequam Heli ei succederet, uti hic collocantur. Verum alii passim censent contigisse ante tempora Judicum, paulo post mortem Josue, vivente Caleb, et majoribus illi coævis, ut colligitur ex cap. XX, 27, ubi dicitur hæc contigisse vi-

Quand  
contigit  
idolola-  
tria Mi-  
chas?

vente Phinees Pontifice, qui fuit filius Eleazari filii Aaron, ac pene convexus Jesu. Et cap. xiiii, 30, consecratus dicitur sacerdos Jonathan filii Gersam filii Moysi : et ex eo quod tunc ab Hebraeis necdum expugnata esset Jerusalem, quae tamen expugnata legitur *Judic.* 1, 8, ut patet cap. xix, 41. Ita Abulensis, *Quaest.* I et XVI; Lyranus, Masius in *Josue*, cap. xix, 47; Ribera in *Osee* cap. x, et alii. Rabbinii vero hic inter se dissentiunt. Alii enim putant haec accidisse sub Josue adhuc vivente, sed praesentio languente, nec idololatriis obistente; alii ut Raschi et Seder-Olam haec collocant sub Othoniele; alii sub Aod secundo Judice: sed verius est haec paulo ante Othonielem confisgisse, nimirum paulo post mortem Caleb et Seniorum, qui *Josue* cap. ult. vers. 31, post Josue diemur multo vixisse tempore, puta quindecim, vel, ut Sallianus, septemdecim annis: hi enim, si vixissent, non permisissent idololatriam publicam in Israele induci. Unde sub iis Israel ibidem dicitur servisse Deo: iis autem mortuis subintravit idololatria, cujus origo et ingressus hic describitur: ob quam Deus illico in Israele misit Chusan regem Mesopotamiae, qui eum affligeret. Unde Israel afflictus, ponens ab idolis ad Deum rediit, Deusque misit Othonielem primum Judicem, qui eum a servitute Chusan liberavit, ut dicitur est cap. iii, vers. 8. Accedit quod Danite ideo quassiverunt novas sedes in Lais cap. xviii, quia ab Amorhaeis aretabantur in montibus, cum tribus Juda duce Caleb, ac caetera tribus Chanaanos suos debellasset, uti narratum est cap. 1, 34. Unde Josephus, lib. V *Antiq.* cap. ii, post mortem Josue et bella Caleb, ac pacem a caeteris tribubus cum Chananeis initam, statim subjungit hanc Danitarum contra Lais expeditionem. Quare historia quae sequentium capitulum recto temporis ordine ponenda fuisset ante caput secundum, scilicet immediate ante versum 35 capituli primi. Ita Sallianus et alii, qui urgent quoque illud quod hic dicitur, tunc non fuisse rex, id est Judex et Princeps, ideoque quemlibet fecisse id quod ei libebat.

Obicit Abulensis: Haec contigere ante Jerusalem ab Hebraeis expugnata, ut patet cap. xvii, vers. 41. Atqui Jerusalem expugnata est Caleb adhuc vivente, imo ab ipso Caleb, ut dixi cap. 1, vers. 8; ergo haec contingerunt ante mortem Caleb. Respondeo Jerusalem a Caleb quidem expugnata, sed paulo post rursus a Jebuseis fuisse receptam; uti et aliae urbes a Josue expugnatae rursus a Chananeis fuere occupatae, aequae ac Gaza, Accaron et Asalon a Philisteis, ut patet cap. xviii. Aliam responsum adjungam cap. xix, vers. 41.

Hunc Micham videtur significare Sulpitius in *Chron.*, cum post Samsonem ponit Judicem *Stim-miehar*, quasi ab Hebraeo aliquo audiverit מִיכָהֵם *Seno Michah*, id est *cujus nomen Michah*. Et huc Samsonis etiam apud Cedrenum successor

trahi posset *Somanes*, vel potius *Schamanes*, vel *Schomades*. Nam מִיכָהֵם *Schaman* hebraice vastare ac desolare est, *Schamad* perdere ac evertere. Quis vero Israelitarum vastator, desolator, perditior eversorque major et perniciosior, quam qui a vera illius fide abstrahit et ad idola pertrahit? Verum errat uterque; nam Michas non fuit Judex, sed potius hostis populi Dei: nec Samsoni alius successit quam Heli.

Qui (Michas) DIXIT MATRI SUE. — Fuit haec mater vidua et vetula, utpote habens nepotem sacerdotem, ac cum filio suo Micha superstitiosa et idololorum cultui addicta. Rabbinii nonnulli asserunt, vel potius fingunt illam fuisse Daliam, quae mille et centum argenteos, quos proditione Simonis a Philisteis acceperat, ad idoli fabricam contulerit. Verum haec longe ante Samsonem et Daliam contigerunt, ut dixi.

2. MILLE ET CENTUM ARGENTOS (scilicet siclos, id est totidem florinos Drabanticos) QUOS SEPARAVAS TIBI, ET SUPER QUIBUS ME AUDIENTE JURAVAS, ECCE EGO HABEO ET APUD ME SUNT. CUI ILLA RESPONDIT: BENEDICTUS FILIUS MEUS DOMINO. — « Quos separavas tibi, » id est quos seposuras ad futuros casus, vel necessitates aut commoditates occurruras. Hebraicum est, *qui accepit erant tibi*; quod Vatablus, Pagninus, Arias, Cajetanus et alii exponunt, *qui tibi facto erant sublati*. Melius noster vertit, *quos acceperas ut seponeres*, id est, *quos separaveras tibi*.

JURAVAS, — id est jurando voveras te iis fabricaturum idolum. *Secundo*, « juravas, » id est diris doveras eum, qui tibi mille et centum argenteos furto subdukerat. *Tertio* et planius, « juravas, » id est adjuravas me, ut si quid scirem de hisce argenteis quos perdideras, id tibi edicoerem. Casus est hic. Mulier haec seposuerat ad futuros usus mille et centum argenteos: invenit foras et accepit; imo, ut multi jam citati volunt, cetero surripuit filius ejus Michas: mater non inveniens suos argenteos adjuravit filium, ut diceret, numquid de his argenteis sciret. Filius ingenue confessus est eos invenisse, accepsit et habere. Unde mater ejus veracitatem collaudans ait:

BENEDICTUS FILIUS MEUS DOMINO. — Per « Dominum » intelligit Deum, non Israelis verum, sed falsum fictumque, cui mox paravit idolum, ut sequitur. Hic enim in ipso sensu erat *Jehova*, ut habetur in Hebraeo. Nomen enim *Jehova* datur non tantum Deo vero, sed et falso; quem scilicet idololatriae habent, coluntque ut suum Deum, ideoque nuncupant *Jehova*, id est, Deum verum, ut patet ex multis Scripturae locis. Nisi qui dicit mulierem hanc simul coluisse Deum verum Israelis, et idolum gentium, uti fecere Cuthae sive Samaritae, III Reg. xvii. Aut in honorem Dei veri fabricasse suum idolum, quasi minorem deum; nimirum reipsa jungens Deum demoni, volensque per cultum demonis honorare Deum: qui crassus et blasphemus fuit error, sed prius quod

dixi est verius. En tibi origo idololatriae in Israele fuit mulier. Sic haereses omnes a mulieribus vel operentur, vel propagatae sunt, uti ex S. Hieronymo ostendi, II *Tim.* cap. iii, vers. 6.

3. CONSECRAVI ET VOTI HOC ARGENTUM DOMINO. — id est, vel Deo meo Baal, vel Astaroth, etc., ut illi ex argento hoc statuum sive idolum confilari vel sculpi curem. Sic Graeci et Romani colebant Jove, Martem, Venerem, Mercurium, Saturnum, illisque multa idola statuebant, in quibus eos adorabant et consulebant, uti ostendi *Baruch.* vi.

ET FACIAT SCULPTILE ATQUE CONFLATILE. — Abulensis putat sculptile idem esse quod conflatile. Melius alii haec distinguunt, censentque ex hoc argento facta esse duo idola: unum arte fusoria conflatum; alterum sculpendo effigiatum, ideoque illud conflatile, hoc sculptile dictum; nam haec duo distinguuntur cap. xviii, vers. 48.

ET NUNC TRADO ILLUD TIBI. — « Trado, » id est mox tradam, ut patet ex Hebraeo. Mater ut filium ad reddendos 1400 argenteos, quos invenerat et abstulerat, allicitat adigatque, asserit se illos vovisse Domino, illa tamen ut ipsa sua manu eosdem tradat filio, qui idolum quod voverat, fieri curet: sed mater argenteis omnibus a filio receptis, ducentos tantum idolo fabricando impendit, reliquos omnes sibi servavit. Unde filius Michas a suis opibus Ephod, id est vestes sacerdotales aliaque idola sibi fieri curavit. Ita Arias.

5. ET FECIT EPHOD ET THERAPHIM, — id est vestem sacerdotalem et idola. Nam per « Ephod, » id est superhumeralium cum Rationali, velut praecipuum vestem sacerdotalem, caeterae omnes significantur. « Theraphim » vero erant idola. Unde Aquila vertit, *εἰδωλά*, id est *figuras* vel *figurationes*: jam in his figuris vel figurionibus varia opera intellige opere sculptorio vel fusorio effigiata, sicut opus *Cherubim* hebraice vocatur *varium* varieque pictum. Ita S. Hieronymus, *epist. ad Marcellam de Ephod et Theraphim*, tom. III. Porro Septuaginta *Theraphim* nunc vertunt *Εἰδωλά*, nunc *Κεραία*, nunc *τά φασκιά*, nunc *τά δῖλα*, nunc *ἀποθεγγισμοί*; Chaldea, *Genes.* xxxi, vertit *Silmanai*, hic *Demain*, id est *imagines et similitudines*. Erant ergo *Theraphim* idola domestica, quae domi colebant, et quasi oracula consulebant de rebus arcanis vel futuris, quos Romanus, deos Penates et Lares vocabant. Audi quid de Alexandro Severo scribat Lampridius: « Si facultas esset, id est, si non cum uxore cubisset, matutinis horis in Larario suo (in quo et divos Principes, sed optimos, electos, et animas sanctiores, in quibus et Apollonium, et quantum scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abraham et Orpheum, et hujusmodi deos habebat, ac majorum effigies) rem divinam faciebat. »

Addunt Arias, Cajetanus, Oleaster et Rabbinii « Theraphim » fuisse hominum imagines ad hoc factas, ut superiorum virtutum sive celorum influxum reciperent, itaque futura praenuntiarent. Audi R. Eleazar: « Quare vocatur Ha'at

adducebant hominem primogenitum et mactabant, eique caput abscondebant, atque hoc sale et aromate condebant, ac inscribebant super laminam auream nomen ejusdem spiritus immundi. Supponebant porro nomen illud sub lingua ipsius, eumque reponebant in pariete, atque coram eo accendebant lucernas, et adorabant eum; ipse vero alloquebatur eos: » mussitando.

Citat haec Elias in *Thisy*, et Lyranus. Verum haec incerta sunt, et locis Scripturae incongrua. Porro dicuntur *Theraphim* quasi *Seraphim*. Chaldaeum enim Hebraeam litteram s convertunt in t, aut ut R. Eleazar *theraphim* vocantur imagines probose, turpes, putidae, quales sunt idololatriae; quia *theraph* Chaldaeis significat *putrescere et probris offere*. Unde *beth hatturpa* est *domus turpitudinis*, indeque latinum *turpe et turpitude*. Vide quae de Theraphim fuse dixi *Osee* iii, 4.

Porro Philo Bibliensis asserit Theraphim Michas non unum, sed multa fuisse idola, per quae pro variis varie edenterat oracula. Audi eum: « Fecit sibi effigies tres puerorum et vilulorum, et leonem, aquilam et draconem et columbam. Et factum est ut omnes qui seducebantur, venient ad eum, et si quid voluissent pro uxore interrogare, per columbam interrogarent eum: si quis autem pro filiis, per effigies puerorum. Qui vero pro divitiis, per speciem aquilae. Qui pro fortitudine, per leonis effigiem consulebant eum. Si autem pro pueris et pro puellis, per speciem vilulorum interrogabant: nam si pro longitudine dierum, per draconis effigiem interrogabant. Et erat iniquitas ejus multiformis, et irreligiositas ejus astuta. » Verum haec incerta sunt; nam Philo hic, qui scripsit antiquitates Biblicas, est Pseudo-Philo, multaque incerta et fabulosa continet.

IMPLEVITQUE ENUS FILIORUM SUORUM MANUM, ET FACTUS EST EI SACERDOS. — *g. d.* Michas unum e filiis suis, v. g. primogenitum (huc enim olim competebat jus sacerdotii), consecravit sacerdotem idoli a se fabricati. Implere enim manus alicujus, phrasi Hebraea significat consecrare eum sacerdotem: hoc enim fiebat implendo manus ejus tum donis et victimis, tum unctione olei, ut dixi *Num.* iii, 3.

7. FUIT QUOQUE ALTER ADOLESCENS DE BETHLEHEM JUDA (est enim alia Bethlehem in tribu Zabulon) EX COGNATIONE EIUS (scilicet Juda, *g. d.* oriundus ex Juda), ERATQUE IPSE LEVITES. — Scilicet pater ejus erat ex tribu Levi, mater vero ex tribu Juda: poterant enim Hebraei, praesertim Levites, ex alia tribu uxorem ducere. Porro Levites hic fuit Jonathan ex patre Gersam nepos Moysis, uti audivimus cap. xviii, vers. 30. Peccavit graviter tam Michas, quam Levites, quod passus sit se a profano Michas sacerdotem consecrari (Levite enim erant duntaxat ministri Sacerdotum, uti sunt jam Diaconi), idque idoli: sed huc eum adduxit inopia, et spes alimoniae ac honoris a Michas sibi promissi. Unde sequitur:

10. ESTO MIHI PARENS AC SACERDOS. — Sacerdos *Vers. 10.*

Plus  
quid?

Vers. 7.

Vers. 10.

enim vocabatur « Pater, » reverentia causa; ipse enim laicus erat quasi pater spiritualis, id est sacerdotum et salutis eorum curator, instructor, director, præpositus: simili modo discipulis patres sunt præceptores, civibus senatores, juvenibus senes, Reipublicæ principes, principibus consilarii, religiosi superiores, penitentibus confessori, populo prædicatores. Unde S. Augustinus, vel potius Gennadius, lib. *De Ecclesiæ moribus*, cap. XXXI: « Hi, inquit, patres non solum sanctissimi moribus, sed etiam divina doctrina excellentissimi, omnibusque rebus excelsi, nulla superbia consulunt iis quos filios suos vocant, magna sua in jubendo auctoritate, magna illorum in obtemperando voluntate. »

Hinc disce quanta apud idololatrias quoque fuerit sacerdotum reverentia. Audi quid de Tartariis feris et barbaris scribat Alexander Guaguinus in sua *Tartaria*: « Seid supremus sacerdos dicitur, qui apud Tartaros in tanta auctoritate et reverentia habetur, ut reges ejus adveniendi occurrant, stantesque equo insidenti manus porrigant, capiteque inclinato manum illius osculentur, idque ipsis regibus permissum est. Ducēs vero non manum, sed genua. Nobiles pedes deosculantur; plebei autem vestes tantum aut equum manibus attingunt. »

VESTEM DEPLICEM. — Chaldaea et Septuaginta, *par vestium*; Hebræa, *ordinem vestium*, id est duas vestes, quibus ex ordine uteretur, scilicet unam

æstivam, alteram hybernā; aut unam feralem, alteram festam; aut unam domesticam, alteram forensē. Ita Rabbini, Vatablus, Pagninus et alii.

12. ET HABUIT PUERUM SACERDOTEŒ. — scilicet *VER. 11*, Levitam illum, de quo vers. 7, qui puer, id est adolescens erat, sacerdotem constituit, et apud se detinuit. Patet ex Hebræo.

13. NUNC SCIO, DICENS, QUOD BENE FACIET MIHI DEUS *VER. 11*, HABENTI LEVITICI GENERIS SACERDOTEŒ. — Imo maledicet tibi Deus: primo, eo quod idolum fabricaris; secundo, quod Levitam ad idololatriam tuo pretio illeris; tertio, quod idololatriæ in Israele sis fons et origo, quæ per multa durabit sæcula; quarto, quod tu, cum sis laicus ex tribu Ephraim, ausus sis Levitam consecrare sacerdotem. En quod tibi sacrilegia!

Hinc tamen disce quanta olim fuerit opinio, et religio status Levitici et Ecclesiastici. Vide S. Chrysostomum, hom. 18 in *Acta Apost.*, ubi suadet ut fideles domi sacerdotem alant: sic enim Deum benedicturum eis in bonis tam temporalibus quam spiritualibus.

Vere Tertullianus, lib. *De Præscript.* cap. XLI: « Ordinationes, ait (hæreticorum), temerarie, leves, inconstantes, etc. Apostatas nostros hæretici collocant, ut gloria eos obligent, quia veritate non possunt. Nusquam facilius proficitur quam in castris rebellium, ubi ipsum esse illic, promereri est. » Et S. Hieronymus, lib. VI, in cap. XVI *Isaiæ*: « Falsa doctrina pro lucro cuncta facit. »

## CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Danite idola Michæ surripunt, et Jonathan sacerdotem abducunt; inde ex inopinato irruentes in urbem Lais, eam captant et succendunt; ibique sedes figunt, vocantes nomine suo Dan, atque in ea idola collocant.

1. In diebus illis non erat rex in Israel, et tribus Dan quærebat possessionem sibi, ut habitaret in ea; usque ad illum enim diem inter cæteras tribus sortem non acceperat. 2. Miserunt ergo filii Dan, stirpis et familie suæ quinque viros fortissimos de Saara et Esthaol, ut explorarent terram, et diligenter inspicerent; dixeruntque eis: Ite, et considerate terram. Qui cum pergentes venissent in montem Ephraim, et intrassent domum Michæ, requieverunt ibi; 3. et agnoscens vocem adolescentis Levitæ, utentesque illius diversorio, dixerunt ad eum: Quis te huc adduxit? quid hic agis? quam ob causam huc venire voluisti? 4. Qui respondit eis: Hac et hæc præstitit mihi Michas, et me mercede conduxit, ut sim ei sacerdos. 5. Rogaverunt autem eum ut consuleret Dominum, ut scire possent an prospero itinere pergerent, et res haberet effectum. 6. Qui respondit eis: Ite in pace; Dominus respicit viam vestram, et iter quo pergitis. 7. Euntes igitur quinque viri venerunt Lais, videruntque populum habitantem in ea absque ullo timore, juxta consuetudinem Sidoniorum, securum et quietum, nullo ei penitus resistente, magnarumque opum, et procul a Sidone atque a cunctis hominibus separatam. 8. Reversique ad fratres suos in Saara et Esthaol, et quid egissent

seiscitantibus responderunt: 9. Surgite, ascendamus ad eos, vidimus enim terram valde opulentam et uberem, nolite negligere, nolite cessare. Eamus et possideamus eam, nullus erit labor. 10. Intrabimus ad securos, in regionem latissimam, tradetque nobis Dominus locum, in quo nullius rei est penuria, eorum quæ gignuntur in terra. 11. Profecti igitur sunt de cognatione Dan, id est, de Saara et Esthaol, sexcenti viri accincti armis bellicis. 12. Ascendentesque manserunt in Cariathiarim Judæ, qui locus, ex eo tempore, Castrorum Dan nomen accepit, et est post tergum Cariathiarim. 13. Inde transierunt in montem Ephraim. Cumque venissent ad domum Michæ, 14. dixerunt quinque viri, qui prius missi fuerant ad considerandam terram Lais, cæteris fratribus suis: Nostis quod in domibus istis sit ephod, et theraphim, et sculptile atque conflatile; videte quid vobis placeat. 15. Et cum paululum declinassent, ingressi sunt domum adolescentis Levitæ qui erat in domo Michæ, salvaveruntque eum verbis pacificis. 16. Sexcenti autem viri, ita ut erant armati, stabant ante ostium. 17. At illi qui ingressi fuerant domum juvenis, sculptile et ephod, et theraphim, atque conflatile tollere nitebantur, et sacerdos stabat ante ostium, sexcentis viris fortissimis haud procul expectantibus. 18. Tulerunt igitur qui intraverant, sculptile, ephod, et idola, atque conflatile. Quibus dixit sacerdos: Quid facitis? 19. Cui responderunt: Tace, et pone digitum super os tuum, veni cum nobiscum, ut habeamus te patrem nostrum sacerdotem. Quid tibi melius est, ut sis sacerdos in domo unius viri, an in una tribu et familia in Israel? 20. Quod cum audisset, acquievit sermonibus eorum, et tulit ephod, et idola, ac sculptile, et profectus est cum eis. 21. Qui cum pergerent, et ante se ire fecissent parvulos ac iumenta, et omne quod erat pretiosum, 22. et jam a domo Michæ essent procul, viri qui habitabant in ædibus Michæ clamantes secuti sunt, 23. et post tergum clamare coeperunt. Qui cum respexissent, dixerunt ad Micham: Quid tibi vis? cur clamas? 24. Qui respondit: Deos meos, quos mihi feci, tulistis, et sacerdotem, et omnia quæ habeo, et dicitis: Quid tibi est? 25. Dixeruntque ei filii Dan: Cave ne ultra loquaris ad nos, et veniant ad te viri animo concitati, et ipse cum omni domo tua pereas. 26. Et sic cæpto itinere perrexerunt. Videns autem Michas quod fortiores se essent, reversus est in domum suam. 27. Sexcenti autem viri tulerunt sacerdotem, et quæ supra diximus; veneruntque in Lais ad populum quiescentem atque securum, et percusserunt eos in ore gladii, urbemque incendio tradiderunt, 28. nullo penitus ferente præsidium, eo quod procul habitarent a Sidone, et cum nullo hominum haberent quidquam societatis ac negotii. Erat autem civitas sita in regione Robob; quam rursus extruentes habitaverunt in ea, 29. vocato nomine civitatis Dan, juxta vocabulum patris sui, quem genuerat Israel, quæ prius Lais dicebatur. 30. Posueruntque sibi sculptile, et Jonathan filium Gersam filii Moysi, ac filios ejus sacerdotes in tribu Dan, usque ad diem captivitatis suæ. 31. Mansitque apud eos idolum Michæ omni tempore, quo fuit domus Dei in Silo. In diebus illis non erat rex in Israel.

*VER. 1.* 4. TRIBUS DAN QUÆREBAT POSSESSIONEM SIBI. — Tribus Dan equæ ac cæteræ possessionem suam sorte acceperat a Josue, cap. XIX, vers. 40, versus mare et Philistinios; sed his acriter resistentibus, et Amorœis aliæ ex parte eos coarctantibus, ut dictum est cap. I, 34, non potuerunt Danitæ totam sortem sibi a Josue attributam occupare: quare videntes se in ea nimis anguste habitare, novas sedes quaesierunt, ac coloniam duxerunt in Lais; hoc est quod hic dicitur: « Sortem non acceperat, » id est armis capere et occupare non poterat.

*VER. 6.* 6. DOMINUS RESPICIT VIAM VESTRAM. — « Dominum »

vocat suum idolum, sive theraphim: hujus enim erat sacerdos; unde illud consulens hoc ab eo responsum accepit, vel certe accipisse se finxit.

*VER. 7.* 7. VENERUNT LAIS, — quæ Josue XIX, 49 (ubi per prolepsin sive anticipatiōnem hæc historia narratur, cum posterius contingerit) vocatur *Lesem*, alibi *Lais*, postea a Danitis vocata est *Dan*, factaque caput tribus Dan, et juncto utroque nomine *Lesem-Dan*, deinde *Paneas* est dicta a Paneade fonte, qui eam aluit. Denique a Philippo Tetrarcha in honorem Tiberii Cesaris instaurata et ornata, appellata est *Cæsarea Philippi*, ubi Christus Petro se filium Dei confitentem dixit: « Tu es Petrus.

et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, » *Matth. xvi.* Erat urbs hæc loco amenissimo sita inter duos rivos Jor et Dan, ad radices fere montis Libani. Unde Jeroboam in ea æque ac in Bethel posuit suos vitulos aureos. Erat enim ipsa terminus terræ Israel versus Septentrionem, sicut Bersabee versus Austrum; unde dicitur « a Dan usque Bersabee, » id est per totum Israel. Hic oritur Jordanis fluvius, ita dictus, quod confluit ex confluxu duorum rivorum, scilicet Jor et Dan, aut quasi ירת כרת *oret middan*, id est, *descendens ex Dan.* Ex hac urbe oriunda fuit mulier illa sanguinis fluxum patiens, quam Christus tactu fimbriæ sanavit, *Matth. ix, 20*, quæ ibidem proinde statim Christo crexit, ad cujus basin herba quædam nascitur, quæ sensim crescens, ubi Christi fimbriam attingisset, quoslibet morbos curabat, teste Eusebio lib. VII *Histor. cap. xiv.* Ita Christus urbem Dan que tantorum monstrorum et multiplicis idololatriæ fuerat sedes, fidei quasi cathedram thronumque suum effecit.

VIDEUNTQUE POPULUM HABITANTES IN EA ABSQUE ULLO TIMORE. — Tres hic dantur illecebæ et causæ, cur Danite Laï innaverint: *primo*, quod cives in ea habitarent securi, ideoque inermes; *secundo*, quod essent opulenti; *tertio*, quod separati a cunctis hominibus, qui eis auxiliari potuissent.

ET PROCEL A SIDONE, — itinere scilicet unius diei, ait Josephus.

Tropologie, discite hic quam periculosa sit nimia securitas: hæc enim alexit Hebræos ut perderent Laï. Rursum noctu maxime esse excubandum contra hostes. Hinc Greci noctu ceperunt Trojam. Audi Virgilium, lib. II *Æneid.*:

Invadunt urbem summo viaque sepultam.

Sic Cyrus Babylonios eorumque regem Baltasarem noctu invasit et occidit, *Daniel. v, 30*; sic Abraham super hostes irruit nocte, eosque percussit, *Genes. cap. xiv, 13*; sic Nisus noctu cum Euryalo invadens castra hostium, ait apud Virgilium, *Æneid. IX*:

Euryale, audendum dextra: nunc ipsa vocat res.

Ita quondam et Romani apud Athenæum, lib. V, noctem illum observantes, ebrios Athenienses consopitosque invadunt et obruncant. Ita denique et Græci apud Livium, lib. XXIII, silenti profectus agmine, castra campana ut in pervigilio neglecta, simul omnibus portis invadit, diripit et evertit.

**VERS. 12.** 12. MANSERUNT IN (id est, juxta, ut patet ex sequentibus) CARIATHIARUM (id est, urbe sylvarum; erat enim locus sylveus) JUDE. — Erat ergo hæc urbs non in tribu Juda, sed in confinio tribus Dan et Benjamin. Minus recte ergo Adrichomius eam collocat in tribu Dan.

**VERS. 14.** 14. THERAPHIM, ET (id est) SCULPTILE ATQUE CONFLATILE. — « Theraphim » enim erant idola sculpta, vel conflata ex auro, argento vel ære. Adde

« Theraphim, » id est idola non solum fuisse sculpta vel conflata, sed picta quoque, malleo deducta, ex argilla a figulo efficta, aliave arte et modo effigata et efformata, *q. d.* Erant in domo Michæ « Theraphim, » id est idola varia varie efficta, sed præsertim arte fusoria conflata et sculpsoria exsculpta: hoc enim videtur exigere vers. 18, ubi dicitur: « Tulerunt sculptile, ephod, et idola atque conflatile. » Et vers. 20: « idola ac sculptile. » Denique « Theraphim » proprie erant idola, a quibus divinatio petebatur, ut dixi superius.

VIDETE QUID VOBIS PLACEAT, — super hæc re scilicet, an idola hæc Michæ accipere, an ei salva relinquere velit.

19. PONE DIGITUM SUPER OS TUUM, — *q. d.* « Digito compescere labellum, » sile: symbolum enim silentii est digitus ori superpositus. Unde Harpocrates deus silentii pingebatur quasi puer nudus, imberbis, indicem digittum dextræ manus ori imponens, sinistra vero cornu copiæ gestans, mythra redimitus. Vide Pierium.

30. POSCERUNTQUE SIBI SCULPTILE, ET JONATHAN FILIUM GERSAM FILII MOYSI, AC FILIOS RUIS SACERDOTES IN TRIBU DAN. — « Filii Moysi, » Ita constanter legunt Latina Romana et cætera. Sed Septuaginta, Chaldaea et Hebræa moderna legunt, *fili Manasse.*

Verum germana lectio est, *fili Moysi*, itaque habent vetera Hebræa, ut notant Rabbini, Cajetanus et Vatablus, « Gersam » enim fuit filius Moysi, ut patet *Exod. ii, 22.* Cæterum Hebræi olim ut consulerent honori Moysi ne infamia tam gravis a nepote Jonathan, utpote sacerdote idolorum, illi quasi avo inureretur, ad marginem *Moysi* posuerunt *Manasse*, littera ך in viciniam conversa et mutatis punctis, itaque legere cœperunt *fili Manasse*, quasi significantes quod Jonathan, qui natura erat filius, id est nepos Moysi, tanto et tam sancto patre, hoc est avo indignus, potius dicendus esset filius Manassæ regis idololatriæ: filius inquam non natura, sed imitatione, aut potius impietatis similitudine. Nam aliqui Jonathan hic aliquot sæculis præcessit Manassen: que lectio marginalis tandem in textum Hebræum irrepsit, sed ita ut notetur circulo et littera ך elevata et suspensa; nimirum ut alia vetus lectio que habet *Moysi*, vera et germana esse indicetur. Hinc patet hæc non diu post mortem Josue contigisse; nam idoli hujus sacerdos erat Jonathan nepos Moysi, qui tum erat adolescens. Ita Josephus et alii citati *cap. xvii, vers. 1.*

Vide hic quam « heptom filii noxæ, » quamque a parentum virtute degenerent, sicutque perditissimi, ut merito parentibus optandum sit mori illiberae, quam tam infames post se liberos relinquere. Ea tibi Moses legislator, dux et propheta populi, fundator Synagogæ et avitæ fidei, post se reliquit nepotem Jonathan, qui factus est idolorum sacerdos primus, et princeps cæterorum qui cum in Israele deinde plurimi secuti sunt. En tibi

fam sancti avi tam sacrilegus nepos. Sic Adam plus post se genuit parricidam Cain, Ezechias Manassen, Josias Joachim, Salomon Roboam, Abraham Ismaelem, Heli Ophni et Phinees, Samuel degeneres filios, ob quos populus petit regem quem Deus per Samuelem dedit Saulem.

USQUE AD DIEM CAPTIVITATIS SUÆ. — Hebræice, *usque ad diem migrationis terræ.* Sic et Septuaginta. Quæres, quænam fuit hæc Danitarum captivitas in qua finita fuit eorum idololatria? Sunt tres sententiæ: *Prima* accipit captivitatem Assyriacam, qua decem tribus, inter quas una erat Dan, a Salmanasare abductæ sunt in Assyriam anno sexto Ezechie regis, *IV Reg. xvii, 2.* Ita Seder Olam et Raschi.

*Secunda* censet peculiarem hanc fuisse tribus Dan captivitatem, quam alibi Scriptura non narret. Ita Cajetanus.

*Tertia* asserit fuisse eo tempore, quo arca Dei sub Heli Pontifice capta est, et Hebræi ingenti strage cæsi et magna clade affecti fuere a Philisteis (tunc enim multi ab eis bello capti in captivitatem fuere abducti), tam ex tribu Dan quam ex cæteris tribubus. Ita Lyranus, Abulensis, Vatablus, Arias, Serarius, Genebrardus in *Chronolog.*, Ribera in *Osee cap. x.* Probat *primo*, quia id significant verba sequentia, quibus ait: « Manserunt apud eos idolum Michæ omni tempore quo fuit domus Dei in Silo. » Atqui hæc fuit in Silo usque ad Heli et Samuelem. Ubi nota Josue arcam cum tabernaculo collocasse in Silo, quia Silo erat in tribu Ephraim, ex qua erat et Josue, ut sic facilius in sua præsens tribu Josue, servaret purum Dei cultum. Addit Josephus, lib. V *Antiq. cap. x*, id factum ob loci pulchritudinem. Mansit in Silo arca a sexto anno Josue usque ad ultimum Heli per annos 350.

*Secundo*, quia idolum hoc non fuit in tribu Dan usque ad Salmansarem. Quomodo enim publicam hanc idololatriam in regno suo permisisset David rex piissimus et potentissimus? quomodo Samuel? quomodo Josaphat, Asa, Ezechias?

*Tertio*, si in Dan fuisset idolum Michæ, Jeroboam ibidem non collocasset suos vitulos aureos quasi idola; suffecisset enim ipsi idolum Michæ

ad populum a Jerusalem in Dan abstrahendum. Porro vituli aurei ipsius substituti fuere huic idolo Michæ, ut facilius a populo reciperentur, utpote qui jam pridem ibidem idolum Michæ, auctoritate Jonathan sacerdotis, qui erat nepos Moysi et posterorum ejus, roboratum coluissent.

Minus recte ergo Cajetanus putat hic duo tempora vocari: unum, quo Jonathan sacerdoti duravit posteritas, et hoc esse usque ad Daniticam captivitatem, de qua dictum; alterum, quo steterit Michæ idolum, et hoc fuisse ad Philisteam arce captivitatem, Helicæ mortem, uti jam dixi. Nam unum idemque tempus notari hic satis indicant ipsa verba textus, præsertim Hebræici, qui sic habet: *Et constituerunt sibi filii Dan sculptile et Jehonathanem filium Gersam, filii Moysi. Ipse (Jehonathan) et filii ejus fuerunt sacerdotes tribus Dan usque ad migrationem terræ (1).*

Idem ergo fuit terminus et finis Danitarum ac sacerdotis et sacerdotii idololatriæ, ac consequenter idololatriæ apud eosdem Danitas, nimirum clades Israelis et captivitatis arce sub Heli; tunc enim plurimi ex Danitis et cæteris tribubus a Philisteis fuere in captivitatem abducti, ac inter alios idola hæc Michæ cum suo sacerdote, ut satis colligitur ex *I Reg. iv, 10*, et *Psal. lxxvii, vers. 61*, ubi de hac strage agens ait: « Tradidit in captivitatem virtutem eorum, et pulchritudinem (arcam) eorum in manus inimici. »

31. IN DIEBUS ILLIS NON ERAT REX IN ISRAEL, — *Ver. 31.* qui suo imperio et potentia idololatriam hanc punire et evertere possit. Impune ergo illa grassata est, et duravit per tempora Judicum usque ad Heli, quia Judices non habebant tantam auctoritatem et imperium, quanta ad hoc malum tollendum requirebatur. Hinc videtur quod Samuel sanctissimus atque zelotissimus propheta, creato rege Saule, omnibus modis apud eum egerit, ut ipse reliquias idololatriæ e domo Michæ ac toto Israele cum suis sacerdotibus tolleret; quod ipsum fecisse non est dubium, et satis significat Scriptura, *I Reg. xxviii, 9.*

(1) Nulla adversantium interpretum opinio probat hunc librum Judicum a Samuele non fuisse scriptum.



## CAPUT DECIMUM NONUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

Uxore Levita ab incolis urbis Gabaa, qui erant e tribu Benjamin, infanda libidine occisa, maritus Levita, cadavere uxoris in duodecim partes dissecto et ad duodecim tribus misso, omnes concitat ad tantum scelus vindicandum. Est hæc secunda appendix ad librum Judicum, in qua recensetur historia stupri et belli Benjaminitici, quæ contigit eodem tempore quo præcedens Michæ, paulo post mortem Josue et Seniorum illius evi. Nam, ut dicitur cap. xx, 28, contigit tempore Phinees, qui patri Eleazar (hic enim pro Josue eo islebat Deum ex jussu Dei et Mosis Num. cap. xxvii, vers. 21) in Pontificatu successit sub idem tempus, quo Othoniel successit Josue. Videtur ergo idololatria Michæ et Danitarum accidit sub Jonathan nepote Mosis, ut audivimus cap. xviii, 30; sic hæc historia excidii tribus Benjamin accidit sub Phinees nepote Aaronis; Aaron autem fuit frater Mosis. Ita Rabbini, Josephus, Abulensis, Lyranus, Serarius et Genebrardus in Chronol. Minus recte ergo Sulpitius et Arias censent hanc historiam contigisse tempore Heli Pontificis; Suidas sub Samson, et Masius sub Aod secundo Judice, et alii sub Othoniele, qui fuit primus Judex.

1. Fuit quidam vir Levites habitans in latere montis Ephraim, qui accepit uxorem de Bethlehem Juda; 2. quæ reliquit eum, et reversa est in domum patris sui in Bethlehem, mansitque apud eum quatuor mensibus. 3. Secutusque est eam vir suus, volens reconciliari ei, atque blandiri, et secum reducere, habens in comitatu puerum et duos asinos, quæ suscepit eum, et introduxit in domum patris sui. Quod cum audisset socer ejus, eumque vidisset, occurrit ei lætus, 4. et amplexatus est hominem. Mansitque gener in domo soceri tribus diebus, comedens cum eo et bibens familiariter. 5. Die autem quarto de nocte consurgens, proficisci voluit, quem tenuit socer, et ait ad eum: Gusta prius pauxillum panis, et conforta stomachum, et sic proficisceris. 6. Sederuntque simul, ac comederunt et biberunt. Dixitque pater puellæ ad generum suum. Quæso te ut hodie hic maneat, pariterque lætemur. 7. At ille consurgens, cepit velle proficisci. Et nihilominus obnixè eum socer tenuit, et apud se fecit manere. 8. Mane autem facto, parabat Levites iter. Cui socer rursus: Ore te, inquit, ut paululum cibi capias, et assumptis viribus, donec increseat dies, postea proficisceris. Comederunt ergo simul. 9. Surrexitque adolescens, ut pergeret cum uxore sua et puero. Cui rursus locutus est socer: Considera quod dies ad occasum declivior sit, et propinquat ad vesperum; mane apud me etiam hodie, et duc lætum diem, et eras proficisceris, ut vadas in domum tuam. 10. Noluit gener acquiescere sermonibus ejus; sed statim perrexit, et venit contra Jebus, quæ altero nomine vocatur Jerusalem, ducens secum duos asinos onustos, et concubinam. 11. Jamque erant juxta Jebus, et dies mutabatur in noctem, dixitque puer ad dominum suum: Veni, obsecro, declinemus ad urbem Jebusæorum, et maneamus in ea. 12. Cui respondit dominus: Non ingrediar oppidum gentis aliene, quæ non est de filiis Israel, sed transibo usque Gabaa; 13. et cum illic pervenero, manebimus in ea, aut certe in urbe Rama. 14. Transierunt ergo Jebus, et ceptum carpebant iter, occubuitque eis sol juxta Gabaa quæ est in tribu Benjamin; 15. diventeruntque ad eam, ut manerent ibi. Quo cum intrassent, sedebant in platea civitatis, et nullus eos recipere voluit hospitio. 16. Et ecce apparuit homo senex revertens de agro et de opere suo vesperi, qui et ipso de monte erat Ephraim, et peregrinus habitabat in Gabaa. Homines autem regionis illius erant filii Jemini. 17. Elevatisque oculis, vidit senex sedentem hominem cum sarcinulis suis in platea civitatis, et dixit ad eum: Unde venis, et quo vadis? 18. Qui respondit ei: Profecti

sumus de Bethlehem Juda, et pergimus ad locum nostrum, qui est in latere montis Ephraim, unde ieramus in Bethlehem; et nunc vadimus ad domum Dei, nullusque sub tectum suum nos vult recipere. 19. Habentes paleas et fenum, in asinorum pabulum, et panem ac vinum in meos et ancilla tua usus, et pueri mei mecum est; nulla re indigemus nisi hospitio. 20. Cui respondit senex: Pax tecum sit, ego præbebo omnia quæ necessaria sunt; tantum, quæso, ne in platea maneat. 21. Introduxitque eum in domum suam, et pabulum asinibus præbuit; et postquam laverunt pedes suos, recepit eos in convivium. 22. Illis epulantibus, et post laborem itineris, ubi et potu reficientibus corpora, venerunt viri civitatis illius, filii Belial (id est absque jugo), et circumdantes domum senis, fores pulsare ceperunt, clamantes ad dominum domus, atque dicentes: Educ virum, qui ingressus est domum tuam, ut abutatur eo. 23. Egressusque est ad eos senex, et ait: Nolite, fratres, nolite facere malum hoc, quia ingressus est homo hospitium meum, et cessate ab hac stultitia. 24. Habeo filiam virginem, et hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, ut humilietis eas, et vestram libidinem complectis; tantum, obsecro, ne scelus hoc contra naturam operemini in virum. 25. Nolebant acquiescere sermonibus illius. Quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam suam, et eis tradidit illudendam; qua cum tota nocte abusi essent, dimiserunt eam mane. 26. At mulier, recedentibus tenebris, venit ad ostium domus, ubi manebat dominus suus, et ibi corruit. 27. Mane facto, surrexit homo, et aperuit ostium, ut ceptam expleret viam, et ecce concubina ejus jacebat ante ostium sparsis in limine manibus. 28. Cui ille, putans eam quiescere, loquebatur: Surge et ambulemus. Qua nihil respondente, intellegens quod erat mortua, tulit eam, et imposuit asino, reversusque est in domum suam. 29. Quam cum esset ingressus, arripuit gladium, et cadaver uxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac frustra incidens, misit in omnes terminos Israel. 30. Quod cum vidisset singuli, conclamabant: Nunquam res talis facta est in Israel, ex eo die quo ascenderunt patres nostri de Ægypto, usque in præsens tempus; forte sententiam, et in commune decernite quid factum opus sit.

1. 2. QUÆ RELIQUIT EUM. — Noster Interpres תַּנְיָחַת *tanach*, id est reliquit, elongavit se, jam legunt תַּנְיָחַת *tanach* pro *tan*, id est fornicata est. Unde censent Rabbini eam a Levita dimissam fuisse ob adulterium. Verum hujus criminis nec Septuaginta, nec Chaldaea, nec Josephus meminerunt. Septuaginta vertunt, irata est ei; Chaldaea, contempsit eum. Josephus ait eam discessisse a marito ob ejus zelotypiam. Verisimile est inter eos fuisse mores diversos, indeque similitates, lites et jurgia, qualia inter conjuges crebra sunt, ideoque uxorem a marito secessisse ad suos parentes. Id colligitur ex illo vers. 3: «Secutusque est eam vir suus volens reconciliari ei.»

10. ET CONCUBINAM. — id est, uxorem secundariam.

12. NON INGRESIARI OPPIDUM GENTIS ALIENE. — puta Jerusalem, quæ tunc occupabatur a Jebusæis; licet enim illa expugnata sit a Caleb, *Judic. cap. i, vers. 8*, tamen postea eam recuperarunt Jebusæi. Aut potius Caleb urbem Jerusalem quidem expugnavit, sed non arcem Sion; hæc enim diu post expugnavit David. Quare Jebusæi tenentes arcem dominabantur urbi, in qua mixtum habitabant Judæi et Jebusæi, puta Benjaminite, uti diserte dictum est cap. i, vers. 21, et *Josue cap. xv,*

vers. ultim. Hac ergo de causa Levita hic noluit pernoctare in Jerusalem, ne cum Jebusæis idololatriæ versari cogere.

13. ET NULLUS EOS RECIPERE VOLUIT HOSPITIO. — «Montior, inquit S. Ambrosius lib. v *Hexam. cap. xvi*, si non Sodomitis hæc fuit causa supplicii, inhospitalitas;» imo *Ezechiel. cap. xvi, vers. 49*: «Hæc, ait, fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis et abundantia, et otium ipsius et filiarum ejus, et manum egeno et pauperi non porrigebant.»

16. FILII JEMINI. — id est filii Benjamin, hic enim per apheresin primæ syllabæ *ben* vocatur Jemini.

18. VADIMUS AD DOMUM DEI. — ad tabernaculum et arcem federis in Silo, devotionis gratia, ut illud invocato et adorato Deo, inde incolentes redeamus domum in montem Ephraim.

19. HABENTES PALEAS ET FENUM. — Hinc liquet tum in Judæa non fuisse publica hospitia, sed proficiscentes rerum annonam detulisse, ac apud antiquum vel eivem aliquem hospitium quesivisse, uti etiamnum fit in Turcia, Tartaria, Scythia, etc.

22. FILII BELIAL, ID EST ABSQUE JUGO. — scilicet homines effrenos, impii, scelesti. Vide quæ *Belial dixi II Corinth. cap. vi, vers. 15.*

24. HABEO FILIAM VIRGINEM, ET HIC HOMO HABET CONCUBINAM, EDICAM HAS AD VOS. — Querens, an peccarit hic vir offerendo libidini Gabaonitarum filiam suam, et maritus Levita educendo uxorem suam ad evadendam sodomiam? Respondeo, licite eos potuisse volentibus infirre graviolem injuriam, offerre minorem ad redimendam graviolem. Minor autem injuria erat violari filiam vel uxorem, quam virum libidine nefanda, eumque hospitem, violando simul jus hospitali, quod tum temporis sanctissimum erat et inviolabile: sic volenti committere adulterium licet suadere fornicationem cum meretrice, ac volenti committere majus peccatum suadere minus. Hoc enim consilium prudens est et honestum, non enim suadetur hic minus in alium absolute, sed sub conditione hae: si vis plane committere majus peccatum, committe potius minus; quod est objectum hujus consilii prudens, et viro cordato dignum. Ita S. Chrysostomus, homil. 27 ad Populum, et homil. 43 in Genes., illi qui assuetus est jurare per Deum, suadet ut jurat potius per caput suum. Et S. Augustinus, lib. II De Adulter. conjug. cap. xv: «Si facturus est, ait, quod non licet, jam faciat adulterium, et non homicidium,» id est, faciat minus peccatum, potius quam majus; idem docet S. Ambrosius, lib. I De Abraham, cap. vi; S. Gregorius, lib. XXXII Moral. cap. xx, ac disertè Cajetanus hic; Barth. Farnus, in Summula Casuum, verbo Tyrannus; D. Soto, lib. VI De Justitia, Quaest. I, art. 3; Adrianus, quodlibet I, Quaest. II; S. Thomas, Quaest. De Malo. Vide Navarrum, cap. XIV, num. 40, in fine. Hoc in genere, jam in particulari.

Respondeo secundo, videri virum hunc peccasse contra pietatem. Hec enim dicitur patri ut filius suae pudori et bono consulat, potius quam hospitis externi, etiamsi gravior injuria ei inferenda sit: et contra justitiam, si ea invita et repugnante (ut fieri solet) violandam obtulit; et contra charitatem, si in filia erat periculum consensus in delectationem veneream. Ita Lyranus, Abulensis, Dionysius et Pelerius in cap. XIX Genes. vers. 3,

## CAPUT VIGESIMUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Undecim tribus bellum inferentes Benjaminitis ad vindicandam nefandam eorum libidinem, secundo ab eis ceduntur, tertio tandem aggressi eosdem caedunt usque ad interfectionem, sexcentis dimittunt fugam in scititudinem elapsis.

1. Egressi itaque sunt omnes filii Israel, et pariter congregati, quasi vir unus, de Dan usque Berabeae, et terra Galaad, ad Dominum in Maspha; 2. omnesque anguli populorum, et cunctae tribus Israel in Ecclesiam populi Dei convenerunt, quadringenta milia peditum pugnatorum (3. Nec latuit filios Benjamin, quod ascendissent filii Israel in Maspha). Interro-

ubi simile dixi de Lot offerente filias Sodomitis ad liberandos hospites. Quod si periculum consensus non erat in filia, ipsaque sponte patri sese submiserat, aut ad tantum nefas vitandum etiam obtulerat, et hoc probrum sustinendum, nullum omnino fuit peccatum.

Denique animi perturbatio, incogitantia et inopia consilii culpam viri hujus valde imminuerunt.

Magis excusandus est Levita qui, ut propriam injuriam infandam evaderet, obtulit uxorem ad stuprum, si ipsa ad hanc sui oblationem (ad quam non obligabatur) consensit. Quisque enim potius a se prohibere debet injuriam, praesertim tam nefariam, quam ab alio, puta ab uxore. Charitas enim incipit a seipso.

25. QUOD CARNENS EDUXIT, — ut objecti praesentia et femina pulchritudine illecti abstinerent a viro, nec ulterius quid peterent, uti reipsa factum est: ita Abulensis; et forte incolae Gabaa petebant virum simulate, ut femina quam appetebant, et cujus per forum transeuntis miram pulchritudinem viderant, eis offerretur, uti assertit Josephus.

Fuit hoc ingens scelus, quod proinde lotus pene tribus exidio Deus vindicavit. Unde de eo dicitur Osee cap. IX, vers. 9: «Profundo peccaverunt, sicut in diebus Gabaa. Recordabitur (Dominus) iniquitatis eorum, et visitabit peccata eorum.»

29. IN DUODECIM PARTES AC FRUSTA CONCIDENS, HESIT IN OMNES TERMINOS ISRAEL, — puta ad duodecim tribus, cuique tribui unam partem. Non peccavit hic maritus, quia non concidit uxorem ad dehonorationem corporis ipsius, sed potius ad honorem illi restituendum per vindictam tanti flagitii, quae paulo post reipsa secuta est: nam hac consensione omnes excitavit ad ultionem. Ita Abulensis.

Hoc Levite factum exemplumque citat S. Athanasius, epist. ad Orthodoxos; similique modo Ariannorum nefanda scelera contra Catholicos commissa recensens, eosdem excitat, ut Arianos delectentur.

gatusque Levita, maritus mulieris interfectae, quomodo tantum scelus perpetratum esset, 4. respondit: Veni in Gabaa Benjamin cum uxore mea, illucque divertit: 5. et ecce homines civitatis illius circumdederunt nocte domum, in qua manebam, volentes me occidere, et uxorem meam incredibili furore libidinis vexantes, denique mortua est. 6. Quam arreptam, in frusta concidi, misique partes in omnes terminos possessionis vestrae; quia nunquam tantum nefas et tam grande piaculum factum est in Israel. 7. Adestis, omnes filii Israel, decernite quid facere debeatis. 8. Stansque omnis populus, quasi unius hominis sermone respondit: Non recedemus in tabernacula nostra, nec suam quisquam intrabit domum; 9. sed hoc contra Gabaa in commune faciamus: 10. Decem viri eligantur e centum ex omnibus tribus Israel, et centum de mille, et mille de decem millibus, ut comportent exercitui cibaria, et possimus pugnare contra Gabaa Benjamin, et reddere ei pro scelere, quod meretur. 11. Convenitque universus Israel ad civitatem, quasi homo unus, eadem mente, unoque consilio. 12. Et miserunt nuntios ad omnem tribum Benjamin, qui dicerent: Cur tantum nefas in vobis repertum est? 13. Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, ut moriantur, et auferatur malum de Israel. Qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israel audire mandatum: 14. sed ex cunctis urbibus, quae sortis suae erant, convenerunt in Gabaa, ut illis ferrent auxilium, et contra universum populum Israel dimicarent. 15. Inventique sunt viginti quinque milia de Benjamin educentium gladium, praeter habitatores Gabaa. 16. Qui septingenti erant viri fortissimi, ita sinistra, et dextera praeliantes; et sic fundis lapides ad certum jacientes, ut capillum quoque possent percutere, et nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur. 17. Virorum quoque Israel, absque filiis Benjamin, inventa sunt quadraginta milia educentium gladios, et paratorum ad pugnam. 18. Qui surgentes venerunt in domum Dei, hoc est, in Silo; consulueruntque Deum, atque dixerunt: Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Benjamin? Quibus respondit Dominus: Judas sit dux vester. 19. Statimque filii Israel, surgentes mane, castrametati suat juxta Gabaa. 20. Et inde procedentes ad pugnam contra Benjamin, urbem oppugnare ceperunt. 21. Egressique filii Benjamin de Gabaa, occiderant de filiis Israel die illo viginti duo milia virorum. 22. Rursum filii Israel fortitudine et numero confidentes, in eodem loco, in quo prius certaverant, aciem direxerunt. 23. Ita tamen ut prius ascenderent et flerent coram Domino usque ad noctem, consulereque eum, et dicerent: Debeo ultra procedere ad dimicandum contra filios Benjamin fratres meos, an non? Quibus ille respondit: Ascendite ad eos, et inite certamen. 24. Cumque filii Israel altera die contra filios Benjamin ad praelium processissent, 25. eruperunt filii Benjamin de portis Gabaa; et occurrentes eis tanta in illos caede hacchati sunt, ut decem et octo milia virorum educentium gladium prosternerent. 26. Quamobrem omnes filii Israel venerunt in domum Dei, et sedentes flebant coram Domino; jejunaveruntque die illo usque ad vespem, et obtulerunt ei holocausta, atque pacificas victimas. 27. et super statu suo interrogaverunt. Eo tempore ibi erat arca federis Dei, 28. et Phinees, filius Eleazari filii Aaron praepositus domus. Consuluerunt igitur Dominum atque dixerunt: Exire ultra debemus ad pugnam contra filios Benjamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait Dominus: Ascendite, cras enim tradam eos in manus vestras. 29. Posueruntque filii Israel insidias per circuitum urbis Gabaa; 30. et tertia vice, sicut semel et bis, contra Benjamin exercitum prodixerunt. 31. Sed et filii Benjamin audacter eruperunt de civitate, et fugientes adversarios longius persecuti sunt, ita ut vulnerarent ex eis sicut primo die et secundo, et caderent per duas semitas vertentes terga, quarum una ferebatur in Bethel, et altera in Gabaa, atque prosternerent triginta circiter viros; 32. putaverunt enim solito eos more caedere. Qui fugam arte simulantes, inierunt consilium ut abstraherent eos de civitate, et quasi fugientes ad supradictas semitas perducerent. 33. Om-